943.008
M81
AUG 22 1923
X 15
Ser. E33

# MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

EPISTOLAE SELECTAE

TOMVS II FASCICVLVS II

GREGORII VII REGISTRVM
LIB. V—IX

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXXIII

# MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

---

## EPISTOLAE SELECTAE

TOMVS II FASCICVLVS II

---

## GREGORII VII REGISTRVM
## LIB. V—IX

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXXIII

# DAS
# REGISTER GREGORS VII.

HERAUSGEGEBEN

VON

ERICH CASPAR

II

BUCH V—IX

BERLIN
WEIDMANNSCHE BUCHHANDLUNG
1923

# DAS REGISTER GREGORS VII.

---

## II.

## BUCH V—IX.

# INCIPIT LIBER V. GREGORII PAPAE VII. ANNO AB INCARNATIONE DOMINI MILLESIMO LXXVII., INDICTIONE XV.

## V, 1.

*Gregor VII. erinnert die Kanoniker (der Kathedrale) von S. Martino in Lucca an frühere Mahnungen gegen simonistischen Besitz von Pfründen und verbietet ihnen bis zur Abstellung der Schäden das Betreten ihrer Kirche. Florenz, 1077 August 11.*

*R f. 135:* <liber V>[a] <prima>.

*Editio Romana (1591) 3, 732 n. 1. Mansi, Conc. coll. 20, 236 n. 1. Migne, Patr. lat. 148, 487 n. 1. Jaffé, Bibl. 2, 288 n. 1. — Jaffé, Reg. 5045 (3788). — Kehr, Italia pontificia 3, 399 n. 8.*

<**Canonicis sancti Martini Lucensis ecclesie**>

**GREGORIUS** EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI canonicis sancti Martini Lucensis ecclesię[1].

Meminisse debetis, quotiens et cum quanta cura vos monuerimus apud vos manentes[2], ne terrena peritura commoda maioris quam animas vestras estimantes ita vos ad oboediendum iustitię exhiberetis, ut ulterius sub excommunicationis vinculo, quod in adquirendis contra apostolica decreta prebendis vos incurrisse manifestum erat, non permaneretis. Verum ut ipsa res indicat, substantiam vestrę licet iniquę possessionis pretiosiorem[b] quam vosmetipsos facitis, qui spretis ammonitionibus nostris et contempta apostolica auctoritate pro lucris temporalibus et explenda cupiditate vestra sub maledicto anathematis post promissam nobis satisfactionem recidivo ac deliberato prevaricationis crimine iacere non pertimescitis. Quapropter quoniam tantę presumptionis contumaciam et tam immanis avaritię culpam nostra nec taciturnitate dissimulare nec patientia non modo ad vestrum sed ad illorum etiam, cum quibus communicatis, | periculum diutius fovere audemus, presenti auctoritate

*cf. II, 5, 29, 61, 66, III. 7. IV, 28.*

*f. 135'.*

---

1. a) *Nachtrag von Hand des 14. Jh.* b) *Korr. aus* ptiosorem *R.*

1) *Lucca, Kathedrale, vgl. Kehr l. c. p. 397.* 2) *Ende des Jahres 1076, vgl. Vita Anselmi ep. Lucensis c. 8 (M.G. SS. 12, 15), Jaffé, Reg.² 1 p. 620.*

General Harr.



omnibus, qui inter vos contra apostolica privilegia beati Leonis papę[1] canonicas pecunia adepti sunt, introitum maioris ecclesie, videlicet sancti Martini, et easdem canonicas vel prebendas ulterius retinendi licentiam et potestatem ex parte omnipotentis Dei et beati PETRI apostolorum principis usque ad condignam satisfactionem interdicimus. Data Florentie III. Idus Augusti, Indictione XV.

## V, 2.

*Gregor VII. befiehlt den Korsen, den von ihm gesandten Erwählten Landulf von Pisa als Vikar des apostolischen Stuhls aufzunehmen und zu ehren.*

*Siena, 1077 September 1.*

*R f. 135′:* liber V <n. 2>.

*Editio Romana (1591) 3, 733 n. 2. Mansi, Conc. coll. 20, 237 n. 2. Migne, Patr. lat. 148, 487 n. 2. Jaffé, Bibl. 2, 289 n. 2. — Jaffé, Reg. 5046 (3789). Kehr, Italia pontificia 3, 319 n. 3.*

**<[O]mnibus episcopis clericis maioribus [et] minoribus in insula Corsi[c]a consistentibus>[a]**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei omnibus epi- *
scopis clericis consulibus maioribus et minoribus in insula Corsica consistentibus salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam propter multas occupationes ad peragendum nostrę sollicitudinis debitum singularum provinciarum ecclesias per nosmetipsos visitare non possumus, necessarium valde est, ut exigente ratione vel tempore aliquem modo ad has modo ad illas partes mittere studeamus, per quem commissa nobis secundum voluntatem Dei representetur auctoritas et Dominici gregis salus atque communis provideatur utilitas. Scimus enim, quoniam sine detrimento et magno animarum periculo esse non potest, cum illius diligentia, ad quem summa negotiorum et cure necessitas precipue spectat, diu subditis ac commissis sibi fratribus deest. Quapropter considerantes et valde timentes, ne huiusmodi erga vos providentie tandiu pretermissum studium et nobis in neglegentię culpam reputetur et vestrę saluti, quod absit, perniciosum

*cf. I, 53, III, 3, 14.*

*cf. II, 34, IV, 27, V, 4.*

*cf. IV, 23, V, 2, 16.*

---

* *Am Rand:* Mittitur in Corsicam episcopus Pisanus apostolice sedis legatus, *von Hand des Revisors (12. Jh.), vgl. N. A. 38, 167.*

2. a) *Durch Beschneiden des Blattrandes beim Binden z. T. zerstört.*

1) *JL. 4254.*

aut contrarium fuerit, data primum oportunitate misimus ad vos hunc fratrem nostrum Landolfum Pisanę ecclesię electum episcopum[1], cui et vicem nostram in vobis commisimus, ut ea, quę ad ordinem sacrę religionis pertinent, rite exequens
*cf. Jer. 1, 10.* iuxta prophetę dictum 'evellat et destruat, ędificet et plantet'. Cui vos oboedire et unanimiter assistere volumus ammonentes et apostolica auctoritate precipientes, ut eum cum omni caritate et honore | suscipientes talem sibi reverentiam exhi- *f. 136.*
beatis, qualem ex constitutione[b] sanctorum patrum[2] his exhiberi[c] oportet, quos sancta et apostolica sedes in partem suę sollicitudinis assumendos quibusque vicem Romani pontificis committendam esse previdet. Data Sene Kalendis Septembris, Indictione incipiente I.

## V, 3.

*Gregor VII. beauftragt die Bischöfe Rudolf von Siena und Rainerius von Florenz, die Wahl des Mantuaner Erzpriesters Bonoisus zum Bischof von Volterra zu bewirken. Rom, 1077 September 16.*

*R f. 136:* liber V <n. 3>.

*Editio Romana (1591) 3, 734 n. 3. Mansi, Conc. coll. 20, 238 n. 3. Migne, Patr. lat. 148, 488 n. 3. Jaffé, Bibl. 2, 290 n. 3. — Jaffé, Reg. 5047 (3790). Kehr, Italia pontificia 3, 283 n. 12.*

**<Rodulfo Senensi[a] episcopo et Rainerio Florentino episcopo>**

(||) **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Rodulfo Senensi episcopo[3] et Rainerio Florentino episcopo[4] salutem et apostolicam benedictionem.

Non ignorare vos credimus, quantum sollicitudinis quantumque fatigationis habuerimus id agentes, ut in Wlterrana *cf. IV, 22.* ecclesia secundum Deum et auctoritatem canonum utilis et idoneus eligeretur episcopus. Et quia secundum voluntatem Dei in personam B onoisi[b] Mantuani archipresbyteri et nostra consilia et voluntas eorum, qui de illa ecclesia sunt, convenit,

---

b) constitutionē *R;* constitutione *T.* c) -ri *korr. aus* -re *R,* exhiberi *T.*

3. a) Sennsi *R.* b) -onoisi *nachträglich in freigelassene Lücke eingetragen R.*

1) *1077—79, vgl. Massino, Gregor VII. im Verhältnis zu seinen Legaten, Diss. Greifswald 1907 S. 26 ff.; Schwartz, Bistümer Reichsitaliens S. 217.* 2) *Vgl. Leonis I. epist. ad Anastasium ep. Thessalonicen. JK. 411 (Dionysii Coll. decr. Leonis c. 31, ed. Migne 67, 293; Ps.-Isidori Decr. ed. Hinschius p. 619).* 3) *Vgl. lib. IV n. 8.* 4) *Vgl. ebenda.*

apostolica vos auctoritate monemus, ut eandem ecclesiam adeuntes, qualiter generalis electio fiat ab omnibus, procuretis et eam, sicut moris ex antiqua sanctorum patrum traditione fuisse cognoscitis, nostra vice confirmetis. Quo facto et rem, quam[c] ordinate facta fuerit, nobis sine dilatione certis litteris vestris indicate[d] et electum[e] pro suscipienda consecratione quamtotius ad nos cum sollemni decreto cleri et populi destinate[1]. Data Rome XVI. Kalendas Octobris, Indictione I.

## V, 4.

*Gregor VII. belobt die Korsen, daß sie ihre Insel, seit jeher Eigentum des h. Petrus, der römischen Kirche wieder unterordnen wollen, und mahnt sie zum Gehorsam gegen den päpstlichen Vikar, Landulf von Pisa.*

*Rom, 1077 September 16.*

*R f. 136:* liber V <n. 4>.

*Editio Romana (1591) 3, 734 n. 4. Mansi, Conc. coll. 20, 238 n. 4. Migne, Patr. lat. 148, 489 n. 4. Jaffé, Bibl. 2, 290 n. 4. — Jaffé, Reg. 5048 (3791). Kehr, Italia pontificia 3, 319 n. 4.*

**<Omnibus episcopis et viris nobilibus cunctisque tam maioribus quam minoribus in insula Corsica consistentibus>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis et viris nobilibus cunctisque tam maioribus quam minoribus in insula Corsica consistentibus salutem et apostolicam benedictionem.

Scitis, fratres et karissimi in Christo filii, non solum * vobis, sed multis gentibus manifestum esse insulam, quam * inhabitatis, nulli mortalium nullique potestati nisi sanctę Romanę ecclesię ex debito vel iuris proprietate pertinere[2] et quod illi, qui eam hactenus violenter nichil servitii nichil *

---

* *Am Rand:* littere legationis, *von Hand des Revisors (12. Jh.), vgl. N. A. 38, 167.*

*—* *Am Rand ein Notazeichen des 12. Jh. und:* Insulam Corsicam proprii iuris sancti Petri, *von Hand des Revisors (12. Jh.), vgl. ebenda.*

c) qua *später korr. in* quae *R;* quam *T. Die Korrektur ist also nicht mit Peitz S. 292 A. 2 in den Text aufzunehmen.* d) -o *in Korrektur R.* e) *Am Rand:* electio episcopi, *von moderner Hand.*

1) *Bonosus ist als Bischof nicht nachweisbar, und es ist zweifelhaft, ob er wirklich gewählt worden ist; vgl. Schwartz, Bistümer Reichsitaliens S. 224.* 2) *Auf Grund der karolingischen Schenkungen vgl. Dove, Corsica und Sardinien in den Schenkungen an die Päpste, Sitz.-Ber. d. bayer. Akademie 1894 S. 223 ff.; doch vgl. bezüglich der Urkunde von Kiersy Caspar Pippin und die römische Kirche (1914) S. 137 A. 1.*

fidelitatis nichil penitus subiectionis aut oboedientie beato Petro exhibentes tenuerunt[1], semetipsos crimine sacrilegii et animarum suarum gravi periculo obligaverunt. | Cognoscentes autem per quosdam fideles nostros et vestros amicos vos ad honorem et iustitiam apostolici principatus, sicut oportere cognoscitis, velle reverti et diu subtractam ab invasoribus iustitiam beato PETRO vestris temporibus vestrisque studiis rediberi, valde gavisi sumus scientes vobis hoc non solum ad presentem sed etiam ad futuram provenire utilitatem et gloriam. Nec diffidere quidem aut quicquam in hac causa vos dubitare oportet, quoniam, si modo vestra voluntas firma et erga beatum Petrum fides immota permanserit, habemus per misericordiam Dei in Tuscia multas comitum et nobilium virorum copias ad vestrum adiutorium, si necesse fuerit, defensionemque paratas. Quapropter, quod in hac re oportunissimum nobis visum est, misimus ad vos fratrem nostrum Landulfum Pisane ecclesie in episcopum[a 2], cui etiam inter vos vicem nostram in spiritualibus commisimus, ut terram ex parte beati Petri et nostra vice suscipiat et eam cum omni studio et diligentia regat et de omnibus rebus ac causis beato PETRO et nobis per illum pertinentibus se intromittat. Cui vos pro amore et reverentia eiusdem beati PETRI apostolorum principis oboedire et fideliter in omnibus assistere volumus et apostolica auctoritate monemus. Et ut magis securus magisque ad omnia inter vos promptus esse valeat, fidelitatem quoque, si postulaverit, premissa tamen sancti Petri et nostra nostrorumque successorum, non denegetis nec aliqua occasione sibi facere recusetis. Data Rome XVI. Kalendas Octobris, Indictione I.

*cf. II, 34, IV, 27, V, 2. f. 136'.*

## V, 5.

*Gregor VII. fordert Klerus und Volk von Aquileja auf, die Wahl ihres Archidiakons zum Patriarchen der Prüfung durch päpstliche Legaten zu unterwerfen.*

*Rom, 1077 September 17.*

*R f. 136':* liber V[a] <n. 5>.

*Editio Romana (1591) 3, 735 n. 5. Mansi, Conc. coll. 20, 239 n. 5. Migne, Patr. lat. 148, 490 n. 5. Jaffé, Bibl. 2, 291 n. 5. — Jaffé, Reg. 5049 (3792). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 66.*

---

4. a) electum *ergänzt Giesebrecht, De registro emendando p. 38 (= Jaffé) nach V, 2.*

5. a) *Korr. aus* IIII *R.*

1) *Vgl. dazu Dove. Sitz.-Ber. l. c. S. 223 A. 40; Poli, La Corse dans l'antiquité et dans le haut moyen âge (Paris 1907) S. 172 ff.* 2) *Vgl. n. 2.*

< Clero et populo Aquilegensis ecclesie >

★ **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei clero et populo Aquilegiensis ecclesię salutem et apostolicam benedictionem.

Antiqua et nota sacrę institutionis est regula non ab hominibus, sed ab Iesu Christo Deo et domino nostro plenissima suę sapientię consideratione et veritatis diffinitione sancita ipso dicente in evangelio: 'Qui intrat per ostium, pastor est ovium; qui autem non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, fur est et latro.' Quapropter, quod in ecclesia diu peccatis facientibus neglectum et nefanda consuetudine corruptum fuit et est, nos ad honorem Dei et salutem totius christianitatis innovare et restaurare cupimus, vi | delicet ut ad regendum populum Dei in unaquaque ecclesia exigente tempore talis et eo ordine eligatur episcopus, qui iuxta Veritatis sententiam non fur et latro dici debeat, sed nomen et officium pastoris habere dignus existat. Hęc quidem nostra voluntas, hoc nostrum est desiderium, hoc miserante Deo nostrum, quoad vixerimus, indefessum erit studium.

*Jo. 10, 1—2.* *f. 137.* *cf. I, 9, 11.* *cf. V, 7.*

Ceterum, quod ad servitium et debitam fidelitatem regis * pertinet, nequaquam contradicere aut impedire volumus. Et ideo nichil novi, nichil nostris adinventionibus superinducere conamur[1], sed illud solummodo querimus, quod et omnium salus postulat et necessitas, ut in ordinatione episcoporum secundum communem sanctorum patrum intellegentiam et approbationem primo omnium evangelica et canonica servetur auctoritas. *

*cf. III, 10.*

Quod autem nobis de electione apud vos facta[2] significastis, gratanter accepimus et, si ita rite factum esse constiterit, ut in nullo vobis sacra contradicat auctoritas, teste conscientia nostra valde gaudemus et omnipotenti Deo gratias agimus. Verum quia, sicut supra diximus, in huiusmodi causa non secundum arbitrium nostrum sed per viam et doctrinam orthodoxorum patrum incedere cupimus, misimus ad vos hos legatos nostros, harum litterarum portitores, ut causam undique diligenter inquirant et, si eum, quem vos elegisse dicitis, vita moribus et scientia ad apicem tantę dignitatis idoneum et regulariter assignatum esse perspexerint, electionem vestram, sicut iustum est, nostra vice confirment;

*f. I, 39, III, 8, 14, IV, 27.* *cf. V, 6.*

---

*—* *Am Rand ein Notazeichen des 12. Jh.*

1) *Die gleiche Versicherung häufig in Eigendiktaten Gregors, vgl. II, 66, 67, 68, III, 10, IV, 6.* 2) *Vgl. n. 6.*

sin autem in eo aliquid contrarium et dignum reprehensione, quominus ad episcopale regimen pervenire debeat, invenerint, amoto illo talem studeatis eligere personam, quę tanto honori et officio congruat et quam nostra per eosdem legatos representata auctoritas approbare et confirmare debeat. Illud enim scitote, quoniam, si legalem et canonicam electionem vos fecisse cognoverimus, omnia vobis et ecclesię vestrę, quę apostolica debet et valet auctoritas, cum omni caritate presidia exhibebimus; et si quis aliter ad sedem illam aspirare presumpserit, procul dubio non solum contra se, sed etiam contra omnes fautores suos gladium sancti PETRI et apostolicę animadversionis iaculum districte vibratum et emissum sentiet. Data Rome XV. Kalendas Octubris, Indictione I. | *f. 137'.*

## V, 6.

*Gregor VII. fordert die Suffragane von Aquileja auf, seine Legaten bei der Prüfung der stattgefundenen Wahl des Archidiakons zum Patriarchen zu unterstützen.*

*Rom, 1077 September 17.*

*R f. 137':* liber V <n. 6>.

*Editio Romana (1591) 3, 736 n. 6. Mansi, Conc. coll. 20, 240 n. 6. Migne, Patr. lat. 148, 491 n. 6. Jaffé, Bibl. 2, 293 n. 6. — Jaffé, Reg. 5050 (3793). Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 66.*

**<Omnibus episcopis Aquilegensis[a] ecclesie suffraganeis[b], his, qui se vere fratres exhibuerunt>**

|| **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis Aquilegiensis ecclesię suffraganeis, his, qui se vere fratres exhibuerunt, salutem et apostolicam benedictionem, illis vero, qui non solum a caritate fraternitatis, sed ab unitate etiam ecclesię scismatica pravitate discesserunt, debitę sollicitudinis exhortationem[1]. (✠) *cf. I, 43.*

Clerus et populus Aquilegiensis ecclesię legatis ad nos litterisque directis nuntiaverunt nobis defuncto nuper Sichardo

---

6. a) Aquilegnsis *R.* b) i *über der Zeile nachgetragen R.*

1) *Von den damaligen Aquilejenser Suffraganen gehörten Ellenhard von Pola, Bruder des Patriarchen Heinrich (Schwartz, Bistümer Reichsitaliens S. 41), Reginald von Belluno (Schwartz S. 45), Roland von Treviso (vgl. lib. V, 14a, VI, 17a, VII, 14a), Bruno von Verona (vgl. lib. I, 24, 85a, Schwartz S. 67) zur kaiserlichen, Rainald von Como (s. lib. I, 1, 19, 20, VI, 39, IX, 3) und Udalrich von Padua (s. lib. VI, 38) zur päpstlichen Partei. Über Mantua und Vicenza (Schwartz S. 54, 72) fehlt es an sicheren, über die anderen Suffraganbistümer überhaupt an Nachrichten.*

episcopo suo[1] se archidiaconum eiusdem ecclesię[2] in locum illius regiminis elegisse postulantes, ut et nos electioni eorum nostrę auctoritatis assensum confirmationemque adhiberemus. Verum quia rem tantopere perspiciendam adhuc incognitam
*cf. I, 11, 75, II, 12, III, 8.* in prima auditione tam subito approbare tutum non fuit,
*cf. V, 5.* misimus illuc legatos nostros, ut causam et ordinem electionis subtili exploratione perquirant et, quicquid inde aut confirmandum aut reprobandum est, diligenti circumspectione faciant. Monemus igitur et vos, quorum quidem multum interest, ut in hac re vestrę sollicitudinis studium adhibeatis, quatenus auxiliante Deo talis sit, qui in culminę tantę dignitatis presidere debeat, ut vobis, qui ei manus imponere debetis, non tristitię aut periculo, sed gaudio et honori[c] et commissę sibi plebi saluti esse valeat. Vobis autem, qui nescio aut timore aut qua occasione seducti manus et linguas vestras novo et inaudito scismate polluistis et ob hoc in laqueum anathematis incidistis, seorsum dicimus, quoniam, si in prefata Aquilegiensi ecclesia aliquis dignus et idoneus in episcopum vobis sincera voluntate annitentibus electus fuerit, cum consilio illius et eorum fratrum, qui in sinu sanctę matris ecclesię firmiter perstiterunt, quantam sub obtentu divinę gratię potuerimus, misericordiam vobis exhibere et erratus vestri pondus, quantum Deo solaciante audere[d] et posse dabitur, portare parati sumus; sin autem vos contra hoc niti et impedimenti obiectiones querere et invenire cognoverimus, in eam autem partem consentire, ut contra divinam et canonicam auctoritatem quispiam sibi sedis illius occupationem presumat, procul dubio et ille dignam suę iniquitatis mercedem inveniet et de vobis sancta et apostolica sedes
*f. 138.* quanto provocata gravius, tanto culparum rationes exiget | districtius[e], iudicabit acerbius. Data Rome XV. Kalendas Octobris, Indictione I.

---

c) i *korr. aus* e *R.* d) *Vgl. III, 10 N.* b. e) et *später über der Zeile hinzugefügt R; fehlt in T.*

1) *Sigehard, † 12. August 1077, vgl. oben lib. I, 42, II, 62.* 2) *Der Name ist unbekannt, jedenfalls ist der von Heinrich IV. dann tatsächlich unter Nichtachtung dieser Wahl eingesetzte Patriarch Heinrich, Kapellan und Kanonikus von Augsburg, eine andere Persönlichkeit, vgl. Giesebrecht, Münchener Hist. Jahrb. 2 (1866) S. 136 A. 39; Schwartz, Bistümer Reichsitaliens S. 34.*

## V, 7.

*Gregor VII. sendet Erzbischof Udo von Trier und seinen Suffraganen unter Versicherungen seiner Friedensliebe Abschriften seiner Briefe lib. IV n. 23 und 24 und des Canossaner Eides Heinrichs IV. (lib. IV n. 12a), gegen den dieser sich durch Gefangensetzung päpstlicher Legaten vergangen habe. Rom, 1077 September 30.*

*R f. 138:* **liber V** <n. 7>.

*Empfängerüberlieferung: Codex Udalrici (Cod. Vindob. 398 f. 65, Cod. Zwettl. 283 p. 114).*

*Editio Romana (1591) 3, 737 n. 7. Mansi, Conc. coll. 20, 241 n. 7. Migne, Patr. lat. 148, 492 n. 7. Jaffé, Bibl. 2, 294 n. 7. — Jaffé, Reg. 5051 (3794). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 88 f.*

**<Treverensi archiepiscopo et eius coepiscopis suffraganeis>**

(★) **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Udoni Trevirensi archiepiscopo[1] et eius coepiscopis suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem.

De motu et perturbatione regni Teutonicorum quantam sollicitudinem quantamque iam per longum tempus anxietatem sustinuerimus, ille pre omnibus novit, qui omnium secretorum cognitor est et inspector verus. Cui etiam, si tales exaudire dignatur, multas supplicationes fecimus et faciemus commonitis et exoratis[a] multis fratribus et religiosis congregationibus ad studium earundem supplicationum, ut misereretur gentis illius nec sineret eam in propria armari viscera et ad ruinam domesticę fortitudinis in bello confligere, sed totius discordię causas sua potenti virtute compesceret, sua moderatione sine funesto et luctuoso fine componeret. Litteras quoquę iam ante tres menses et eo amplius illuc direximus, videlicet legatis nostris Bernardo diacono nostro et

*cf. V, 16.*

*cf. Dan. 13, 42; Prov. 24, 12. cf. Jud. 5, 5.*

---

7. a) *So richtig R. T; vgl. Empfängerüberlieferung.*

*Empfängerüberlieferung: Lemma:* Epistola eiusdem cuius supra *(Vindob.)* 16 GREGORIUS episcopus] G. Udoni] dilectis in Christo fratribus U. 17 coepiscopis] *fehlt* 19 perturbatione] turbatione 20 quantamque — anxietatem] quantam anxietatem iam per longum tempus 24 exoratis] exhortatis 25 misereretur] misereatur 26 nec] ne sineret] sinat 28 compesceret] compescat 29 componeret] componat 30 quoque] quippe 31 Bernardo] B.

1) *Vgl. lib. IV, 2.*

item Bernardo religioso Massiliensi abbati [1], quem captum esse audivimus [2], necnon et universis principibus terrę tam ecclesiasticis quam secularibus personis [3], in quibus, quod nobis ad evitandam cedem incendia et alia bellorum pericula optimum et in tanti negotii diffinitione iustissimum videbatur, eos consulendo et hortando cum omni studio exequi ammonuimus et, ut fortius insisterent, apostolica auctoritate iniuncximus. Verum quia nobis non satis compertum est, utrum ad vos pervenerint ille litterę, aut, si perlatę sunt, ne[b] forte de earum veritate aliquid dubitetis, easdem vobis de nostris exemplaribus rescriptas mittere curavimus ammonentes vos et per veram oboedientiam precipientes, modis omnibus operam detis, ut causa[c] secundum sententiam earum litterarum pertractata finem accipiat.

*cf. VI, 11, IX, 3.*

Misimus etiam vobis sacramentum, quod rex Heinricus nobis per fideles suos quosdam fecit [4] data quidem propria manu sua in manum abbatis Cluniacensis [5], ut perlecto eo cognoscatis, quam recte quamque honeste pro suo nomine[d] se erga nos habuerit. Quippe a cuius fidelibus legati nostri postea capti sunt, videlicet Geraldus Ostiensis episcopus in Longobardia [6], Bernardus[e] abbas Massiliensis in terra Teutonica [7]. Unde[f] eum nichil adhuc digni fecisse cognovimus, quamquam nos nunquam eum in aliqua causa Deo providente hac occasione contra iustitiam circumvenire aut gravare velimus, sicut etiam post ceptum negotium nunquam apud nos

*f. 138'.*

---

b) e *in Korrektur R.* c) *Der Vergleich mit der Empfängerüberlieferung lehrt, daß anscheinend im Konzept* ut *am Rande stand, um vor* modis *eingeschoben zu werden, während der Registrator es als Korrektur für* quatinus *ansah.* d) *Davor ein* h *durchstrichen,* e *in Korrektur R.* e) e *in Korrektur R.* f) *Nachträglich korr. in* inde *R; unde T; vgl. Peitz S. 292 A. 2.*

*Empfängerüberlieferung:* 1 Bernardo] B. Massiliensi] *fehlt* quem — 2 audivimus] quem esse audivimus captum 3 terrę] illius terrę 7 apostolica — 8 iniuncximus] iniunximus apostolica auctoritate 9 aut — 10 sunt] *fehlt* 12 veram] ipsam 13 modis omnibus] ut omnibus modis ut] quatinus secundum sententiam] sententię 15 etiam] enim Heinricus] H. 16 propria] *fehlt* 17 manum abbatis Cluniacensis] manu Cluniacensis abbatis 18 recte quamque] *fehlt* pro] rex pro 20 Geraldus] G. 21 Bernardus] B. abbas Massiliensis] Massiliensis abbas 22 eum — digni] nichil eum digni adhuc 23 nunquam eum] eum numquam 25 etiam] enim

1) *Vgl. lib. IV n. 23.* 2) *Zusammen mit seinem Begleiter Mönch Christian durch Graf Udalrich auf der Lenzburg (Aargau), vgl. Meyer v. Knonau 3, 30.* 3) *Lib. IV n. 24.* 4) *Lib. IV n. 12a.* 5) *Hugo.* 6) *Im Februar anläßlich seiner Legation dorthin durch Bischof Dionysius von Piacenza, vgl. Meyer v. Knonau 2, 769.* 7) *S. A. 2.*

aut precibus aut aliqua ostentatione amicitiarum vel inimicitiarum obtinere potuit, ut quicquam pro eo, preter quod iustum videretur, dicere vel censere vellemus. Atque in ea re, quoad vixerimus, incunctanter Deo adiuvante persistere *cf. V, 5.* nullo periculo vitę vel mortis deterrebimur.

Agite ergo, dilectissimi fratres, ut appareat, quantum libertatem ecclesię et communem salutem omnium diligatis scientes, quoniam, si causa neglecta fuerit et ad graviorem, quod absit, exacerbationem venerit, non solum genti vestrę et regno Teutonicorum, sed, quoad fines christianitatis sunt, dampna pericula confusionem et inestimabiles miseriarum causas pariet. Data Rome II. Kalendas Octubris, Indictione I.

## V, 8.

*Gregor VII. beauftragt die Erzbischöfe Richerius von Sens und Richard von Bourges, den schuldigen, mehrfach vergeblich vorgeladenen Bischof Rainerius von Orléans nach einer letzten Ladung für gebannt und abgesetzt zu erklären und die Wahl des präsentierten Sanzo zu veranlassen.*

*Rom, 1077 Oktober 6.*

*R f. 138′:* liber V <n. 8>.

*Editio Romana (1591) 3, 738 n. 8. Mansi, Conc. coll. 20, 242 n. 8. Migne, Patr. lat. 148, 493 n. 8. Boucquet, Recueil ed. Brial 14, 607 n. 71. Jaffé, Bibl. 2, 296 n. 8. — Jaffé, Reg. 5052 (3795).*

**<Richerio Senonensi archiepiscopo et R. Bituricensi eorumque suffraganeis>**

‖ **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Richerio Senonensi archiepiscopo[a] [1] Richardo Biturigensi [2] eorumque suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut quorundam vestrum novit fraternitas, multis iam clamoribus multisque litteris elaboravimus, ut Aurelianensis ecclesia ad pristinum suę nobilitatis statum revocaretur. Sed peccatis, ut credimus, populi promerentibus ita pseudoepiscoporum ibidem occupatio prevaluit, quod adhuc omnino spinas

---

8. a) *Über der Zeile vom Registrator hinzugefügt R; vgl. Peitz S. 317 A. 1.*

*Empfängerüberlieferung:* 1 aut precibus] precibus 3 Atque] ita 5 periculo vitę] vitę periculo vel mortis] *fehlt* 7 libertatem ecclesię] ecclesię libertatem 11 dampna — confusionem] dampna et confusiones et pericula 11 miseriarum causas] causas miseriarum 12 pariet] pariat Data — II.] *fehlt*

1) *Vgl. lib. IV n. 15.* 2) *Vgl. lib. II n. 19.*

confusionis suę extirpare non potuimus. Quanta enim inoboedientia Rainerius dictus eorum episcopus [1] contra auctoritatem sedis apostolicę se armaverit et in quanta confusione[b] quantumque detrimentum ecclesiam illam perduxerit, licet vos scire non dubitamus, quosdam tamen excessuum suorum religioni vestrę nominatim dicere procuravimus. Dicitur siquidem legitimam ętatem non habens contra decreta sanctorum patrum sine idonea cleri et populi electione ecclesiam invasisse. Dicitur etiam huic iniquitati illud addidisse, ut in promotione clericorum archidiaconatus et abbatias per negotiationem vendendo nullam honestatem nullumque Dei
*f. 139.* timorem servaverit. Super hoc | etiam bis et ter fraterna caritate a nobis vocatus [2] non solum ad nos venire neglexit, sed etiam aliquem, qui eum de obiectis legitimę excusaret, mittere contempsit. Et a nobis interdictus, quin immo a communione corporis et sanguinis Domini separatus officium episcopale celebrare non timuit. Benedictum [3] etiam deferentem litteras nostras in captione suorum ad contemptum apostolicę sedis diu affici permisit. Quapropter iniquitatem eius deinceps non ferentes apostolica auctoritate vobis precipimus, ut ad examinationem[c] actuum suorum in locum, quem magis abtum probaveritis, conveniatis, ad quem prius litteris vestris eum convocetis ibique de supradictis vobis respondeat et, si potest, se innocentem reddat. Quodsi forte in superbia sua permanens infra XL dies ammonitionis venire contempserit aut veniens de omnibus supradictis canonice se non expurgaverit, iudicio sancti Spiritus et auctoritate apostolica sententiam damnationis et depositionis sine omni spe restitutionis in eum promulgamus. Quam vos, sicut decet, sequentes per aures circumstantis populi diffundite et Sanzonem istum, de quo vos mihi scripsistis, qui beati Petri consilium et nostrum expetiit, loco illius depositi secundum Deum subrogate [4]. Data Rome II. Nonas Octobris, Indictione I.

---

b) *So R;* quantas confusiones *T.* c) examinatione *R. T.*

1) *Vgl. lib. IV n. 9.* 2) *Vgl. lib. III n. 17, lib. IV n. 9.* 3) *Vgl. lib. IV, 9.* 4) *Doch vgl. n. 14 und lib. VI n. 23. — Sanzo erlangte erst viel später, 1096, in vorgerücktem Alter und nicht ohne Widerstand das Bistum, vgl. die Briefe Ivos von Chartres n. 51, 53, 54 (Migne 162, 62 ff.).*

## V, 9.

*Parallelschreiben zu n. 8 an Bischof Rainerius von Orléans.* *Rom, 1077 Oktober 6.*

*R f. 139:* liber V <n. 9>.

*Editio Romana (1591) 3, 739 n. 9. Mansi, Conc. coll. 20, 243 n. 9. Migne, Patr. lat. 148, 494 n. 9. Boucquet, Recueil ed. Brial 14, 608 n. 72. Jaffé, Bibl. 2, 297 n. 9. — Jaffé, Reg. 5053 (3796).*

**<Rainerio dicto[a] Aurelianensi episcopo>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Rainerio dicto Aurelianensi episcopo.

Licet non alias nisi damnationis litteras ab apostolica[b] sede iam ex longo tempore inoboedientia tua promeruit, nos tamen ex radice infructuose mentis tuę aliquid boni in vanum excutere temptantes hanc nostram tibi curavimus mittere legationem, videlicet[c] ut in presentia[d] confratrum nostrorum Richerii Senonensis archiepiscopi et Richardi Biturigensis necnon suffraganeorum suorum et aliorum religiosorum, qui Deum timeant, responsurus de obiectis venias. Quibus litteras nostras[1] misimus, ut ipsi in eo loco, quem magis abilem et aptum probaverint, conveniant et causam tuam diligenter perquirant; terminum autem examinandi huius negotii infra XL dies post receptionem litterarum nostrarum prefigimus. Et quia de obiciendis tibi cautum te atque providum reddere volumus, ea tibi ante pertractationem negotii insinuamus. Diceris siquidem legitimam ętatem non habens contra decreta sanctorum patrum sine idonea cleri et populi electione te eis iniecisse. Diceris etiam huic iniquitati | illud *f. 139'.* addidisse, ut in promotione[e] clericorum archidiaconatus et abbatias per negotiationem vendendo nullam honestatem nullumque Dei timorem servasse[f]. Super hec etiam, ut nobis videtur, bis et ter fraterna caritate a nobis vocatus non solum ad nos non venisti, sed etiam aliquem, qui te de obiectis iuste excusaret, mittere contempsisti. Suspensus etiam ab episcopali officio et a communione corporis et sanguinis Domini publicas missas celebrare non timuisti. Clericum[2] etiam deferentem litteras nostras diu in captione tuorum ad con-

---

9. a) *Korr. aus* Rainerius dictus *R.* b) a- *korr. aus* e- *R.* c) *Davor Rasur von 2—3 Buchstaben R.* d) *Jaffé korr.* presentiam, *ohne Grund, vgl. Peitz S. 289.* e) promotiones *R. T.* f) *So R. T nach schlecht stilisiertem Konzept.*

1) *N. 8.* 2) *Benedict, s. n. 8.*

temptum apostolicę sedis diu affici permisisti. Quapropter, si cognoscis te super his omnibus inculpabilem, ad conventum confratrum nostrorum adire atque respondere nulla ratione pretermittas. Quodsi in superbia tua permanens aut illuc venire contempseris aut veniens de his omnibus canonice te non expurgaveris, iudicio sancti Spiritus et auctoritate apostolicę sedis sententiam[g] damnationis et depositionis sine omni spe restitutionis in te promulgamus. Data Rome II. Nonas Octobris, Indictione I.

## V, 10.

*Pastoralschreiben an den Dänenkönig (Harald Hein).*
*Rom, 1077 November 6.*

*R f. 139′:* liber V <n. 10>.

*Editio Romana (1591) 3, 740 n. 10. Mansi, Conc. coll. 20, 244 n. 10. Migne, Patr. lat. 148, 495 n. 10. Jaffé, Bibl. 2, 298 n. 10. — Jaffé, Reg. 5054 (3797) Reg. dipl. hist. Danicae 1 n. 147.*

<Regi Danorum>

★ || **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei [a] regi Danorum[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Sancta et universalis mater nostra, Romana scilicet[b] ecclesia[b], quanta dilectionis et amoris instantia erga patris tui[2] curam et honoris sui sollicitudinem invigilaverit, te plene nosse nec tui memoria excidisse dubitamus, videlicet cum ipse reminisci poteris, quam puram semper et in omnibus servitutis et debitę oboedientię reverentiam circa beati Petri apostoli honorem exhibuisset. Suis nanque temporibus, ut apostolica testatur ecclesia, tam devotum tam fidum tamque unicum in amoris sui studio fuisse filium novimus, ut pene in regibus nullus inveniretur secundus. Et ni diabolico instinctu incentivas vitiorum illecebras imitans[c] corporis sui frena laxasset, inter optime Deo placentes reges illum celicas sedes[d] nequaquam dubitaremus. Sed quoniam credimus apostolis, quibus fidelis extitit[3], opitulantibus Domini illum

*cf. I, 42, II, 5, 45.*

---

g) sententia *R.*

**10.** a) *Für den Namen ist eine Lücke gelassen und nicht ausgefüllt R, vgl. Peitz S. 62, 317 A. 2.* b—b) *Durch Umstellungszeichen korrigiert aus* ecclesia scilicet *R*, ecclesia scilicet *T.* c) *Jaffé korr. unnötig* inhians. d) *Das fehlende Verbum ergänzen die Edd.:* inhabitare.

1) *Harald Hein, 1076—80.* 2) *Sven I. Estrithson, vgl. lib. II n. 75.* 3) *Daß aus diesen Worten nicht auf Lehnsnahme Dänemarks vom Papste zu schließen ist, betont mit Recht Lange, Staatensystem Gregors VII, auf*

misericordia et gratuita pietate lamenta poenitentię ante vitę suę finem contrito corde arripuisse, veniam posse consequi non dubitamus, immo sui memores in orationibus nostris sibi concedi caritatis affectu[e] oramus. | Et te, ut optimum de- *f. 140.*
cet filium, ei succurrere largis elemosinarum subsidiis et ecclesiarum orationibus hortamur. Decet enim, ut, qui te sui corporalis et secularis regni seu honoris heredem ut bonus pater reliquit, spiritualibus auxiliis, prout esse poterit, non videatur fraudari, quatenus res, quę[f] tibi decus paterni ministrat regni, manibus pauperum delatę celo patri conferant auxilium requiei.

Nunc vero, fili karissime, apostolica te invitatione monemus, ut patris tui fidem et dilectionem, quam erga apostolicam gessit ecclesiam, corde prospicias fide intendas mente advertas et sic te filium Petri apostoli exhibeas, quatenus sereno te vultu conspiciens in hereditatem superni regni, in locum pię retributionis ut dignam sobolem introducat. Si vero te devotum prospexerit, profecto vocem pii sui magistri assumens dicet: *Jo. 17, 24.* 'Volo, ut, ubi ego sum, et hic sit mecum'. Sic enim a Domino *cf. Matth. 16, 19.* potestatem accepisse credimus, ut, quem ligaret, ligatus et, quem solveret, in cęlis esset solutus. Et idcirco iterum iterumque monemus, ut te ita dignum acceptabilemque, prout fragilitas humana permiserit, Domino concedente omni annisu perficere satagas, ut tam presentis quam etiam futuri regni sublimitatem obtinere valeas. Quodsi forte pater etiam tuus diabolo suadente aliqua incurrit animę detrimenta, cęlum potius, immo cęli dominum hortamur adtendas quam terram, et contra ea tui creatoris invincibilia arma corde cotidie puro exposcas, quatenus et profectu apostolici filii lętemur et tuis comparibus regibus incitamenta valeas prebere virtutum.

Monemus insuper, karissime, ut tibi commissi a Deo regni honorem omni industria sollertia peritiaque custodias. Sit vita tua digna sapientia referta iustitię et misericordię condimento saleque condita, ut de te vera sapientia quę Deus est *cf. Prov. 8, 15.* dicere queat: 'Per me rex iste regnat.' Pauperum et pupillorum ac viduarum adiutor indeficiens esto sciens pro certo, quoniam ex his operibus et condimentis amor tibi reconciliatur Dei.

---

e) *Vgl. II, 63 N.* b. f) *So R. T; Jaffé korr.* quas.

*Grund des augustinischen Begriffs der libertas ecclesiae, Diss. Greifswald 1915 S. 69 gegen Meine, Gregors VII. Auffassung vom Fürstenamt, Diss. Greifswald 1907 S. 60 f. Vgl. auch über* fidelis *Eichmann, in Zeitschr. der Savigny-Stiftg. Kanon. Abt. 37 (1916) S. 158 ff.*

Audivimus insuper nec dubitamus, quod Dei ecclesia, quę mater et domina nostra est, sicut in multis aliis terrarum partibus ita in vestris ab iniquis hominibus et diaboli membris
f. 140'. comprimatur et non, ut decet, tueatur et veneretur. | Ad cuius auxilium et tuitionem in omnibus et super omnia te invigilare volumus et paterne monemus. Nam talibus non resistere, quid aliud est quam fidem negare?[1] Quapropter monemus et obsecramus, ut posthabito omni humano odio, invidia, postposita etiam, si incubuerit, morte eam eruere protegere fovere tueri
cf. IV, 1. et ab insidiantium faucibus luporum eripere pro posse labores sciens pro certo, quod nullam orationem nullumque gratius sacrificium in supremi arbitri[g] oculis poteris offerre. Votum insuper nostrum tale Deo teste est, quod sępe velimus nun-
I, 49, IV, 3, 13, VII, 23, IX, 29. tios tuos videre, per quos possemus tui salutem, animę videlicet et corporis, plenius agnoscere et te mutua vice, prout Deus concederet, apostolicis institutionibus excitare.

Omnipotens Deus, a quo bona cuncta procedunt, meritis beatissimorum apostolorum Petri et Pauli te, karissime fili, custodiat et sua virtute et pietate corroboret, quatenus sic in ipso temporalia amministrare valeas, ut post huius vitę metam ęterni regni gloriam optinere merearis[2]. Data Rome VIII. Idus Novembris, Indictione I.

## V, 11.

*Gregor VII. gibt dem (Legaten) Hugo, Bischof von Die, Weisungen über die Bischofswahl in Chartres.*

*(Rom, 1077 Ende.)*

*R f. 140':* liber V <n. 11>.

*Editio Romana (1591) 3, 741 n. 11. Mansi, Conc. coll. 20, 245 n. 11. Migne, Patr. lat. 148, 497 n. 11. Boucquet, Recueil ed. Brial 14, 608 n. 73. Jaffé, Bibl. 2, 301 n. 11. – Jaffé, Reg. 5055 (3798).*

<Ugoni Diensi episcopo>

|| **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei[a] Hugoni[b] Diensi episcopo[b] salutem et apostolicam benedictionem.

---

g) s *am Ende gestrichen R.*

11. a) *Über der Zeile hinzugefügt R.* b–b) *Die Adresse anscheinend in vorher gelassene Lücke nachgetragen R.*

1) *Ebenso in lib. I, 11, 15, 23 mit Berufung auf Gregor I., vgl. Blaul l. c. S. 183. Anscheinend frei zitiert nach Gregor I. Reg. pastor. III, 25 (Migne 77, 98):* Profecto esse se Dei denegat, qui, inquantum sufficit, increpare vitam carnalium recusat. 2) *Der* Omnipotens Deus-*Schlußwunsch gleich 30 anderen im Register vermutlich persönliches Diktat Gregors, vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 122.*

Quid de negotio Carnotensis ecclesię actum sit, tua relatione remota omni ambiguitate, sicut oportuerat, cognovisse vellemus. Pervenit enim ad aures nostras te excommunicasse et inrecuperabiliter deposuisse quendam iuvenem[1] illuc indigne appositum pro episcopo. Quod quidem, si ita est, nobis multum placet et presenti auctoritate confirmamus. Cęterum fraternitati tuę notum esse volumus Philippum regem Francorum iterata missione postulationem ad nos direxisse pro Roberto abbate monasterii sanctę Eufemię de Calabria[2], qui et hoc in anno, cum in Longobardia eramus[3], per nos transivit in Franciam, ut eum ad regimen Carnotensis ecclesię episcopum probaremus et ordinaremus[4]. Reversus est etiam ille idem Robertus abbas ad nos dicens se donum episcopatus offerente rege refutasse nec quicquam inde sine nostro consilio facere voluisse vel facturum esse. Veneruntque cum eo duo clerici prèfate ecclesię referentes nobis et multum affirmantes pene omnium, qui de eadem ecclesia sunt, maiorum et meliorum voluntates in hunc convenisse, non tamen aliquam de eo electionem factam esse. Verum quia sanctorum patrum statuta | *f. 141.* sequi et observare cupientes nichil de eo aut de promotione eius sine electione ecclesię nobis probandum esse iudicavimus, nec id ipsum, quod isti nobis de voluntate absentium referebant, satis constabat, prudentiam tuam ammonemus, ut ecclesiam illam aut per te aut per fidelem et probatam tibi personam visitare studeas et voluntatem omnium tam maiorum quam minorum super hac re diligenti inquisitione cognoscas. Quodsi causam ex omni parte divina miseratione et dispensatione ita coaptare posse videris, ut illorum in hoc quem supra diximus abbatem[c] voluntas libera consideratio prudens electio canonica et sanctorum patrum regulis consonans dinoscatur, quam citissime nobis certa litterarum tuarum significatione indicare procures, ut, quę ad effectum huius dispensationis necessaria sunt, Deo auctore exequi et implere possimus; sin autem aliter aliquid inveneris, quod et causa potior[d] et ratio probabilior amministret, itidem nobis notificare

---

c) *So R. T.* d) *Korr. aus* potius *R.*

1) *Gemeint ist wohl nicht der schon von Gregor selbst abgesetzte Robert (vgl. lib. IV, 14), sondern sein von Hugo von Die erstmalig auf der Synode von Autun suspendierter Nachfolger Gosfred, vgl. n. 17. So schon Brial und neuerdings gegen Jaffé Mevs, Zur Legation des Bischofs Hugo von Die, Diss. Greifswald 1887 S. 34 und Lühe, Hugo von Die und Lyon, Diss. Straßburg 1898 S. 51 A. 2.* 2) *Bruder Hugos von Grantemesnil und Gründer von St. Evroult.* 3) *In der ersten Hälfte des Jahres,* 4) *Über die beiden Kandidaturen Gosfreds und Roberts berichtet auch Ordericus Vitalis lib. V (Boucquet, Recueil 12, 608f.).*

non differas, quatenus, in quo oporteat, nobis et ecclesię providere ac salubriter Deo adiuvante, quod officii nostri est, impendere valeamus.

## V, 12.

*Gregor VII. fordert den König Michael (der Serben) auf, Gesandte zu Verhandlungen über genannte Angelegenheiten nach Rom zu senden. Rom, 1078 Januar 9.*

*R f. 141:* **liber V** <n. 12> = *Cop. 16./17. Jh. Cod. Vat. lat. 6923 f. 49 (vgl. Kehr, Nachr. d. Götting. Ges. d. Wiss. 1903 S. 19).*

*Editio Romana (1591) 3, 742 n. 12. Mansi, Conc. coll. 20, 246 n. 12. Migne, Patr. lat. 148, 498 n. 12. Jaffé, Bibl. 2, 302 n. 12. Rački, Documenta hist. Chroaticae periodum antiquam illustrantia (1877) p. 211 n. 157.– Jaffé, Reg. 5061 (3799).*

<**Sclavorum regi**>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Michaheli Sclavorum regi[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Cognoscat debita tuę devotionis circa sedem apostolicam reverentia Petrum apud vos dictum nostrum legatum[2] adhuc nostram non advenisse presentiam, suas tamen misisse litteras, quę ita vestris dissonantes existunt, quod vestram causam seu Ragusanę ecclesie penitus finire nequimus. Quapropter Petrum Antibarensem episcopum atque Ragusanum sive alios idoneos nuntios ad nos mittere oportet, per quos de lite, quę est inter Spaletanum archiepiscopum[3] ac Raguensem[4], iustitia possit inquiri ac canonice diffiniri tuique regni honor a nobis cognosci[5]. Tunc vero re cognita tuę petitioni iuste satisfacere, secundum quod cupimus, valebimus ac in dono vexilli[6] et in concessione pallii[7] quasi karissimum beati Petri filium dictante rectitudine audiemus. Data Rome V. Idus Ianuarii[a], Indictione I.

---

**12.** [a]) iān *korr. aus* iūn *R, vgl. Peitz S. 317 A. 3.*

1) *Der (Küsten-)Serben, 1051–81, vgl. Jireček, Gesch. d. Serben 1 (1911). 212.* 2) *Ob er identisch ist mit dem in lib. I, 70 genannten Legaten Petrus, muß dahingestellt bleiben. Der Kardinalbischof von Albano und Legat Petrus (lib. VI, 38, VII, 12, VIII, 23) ist wohl jedenfalls eine andere Persönlichkeit.* 3) *Laurentius, 1059–99.* 4) *Vgl. darüber Sišić, Gesch. d. Kroaten 1 (1917) S. 296 ff. und allgemein über die Geschichte der hierarchischen Organisation der lateinischen Kirche in den Balkanländern Duchesne in den Noten zum Liber censuum 1, 140 ff.* 5) *Vgl. auch den früheren Ragusaner Streitfall, lib. I n. 65.* 6) *Vgl. die gleichartige Verleihung eines Banners durch Alexander II. an Graf Roger I. von Sizilien.* 7) *Wohl für den Erzbischof von Ragusa, vgl. Duchesne l. c. S. 142.*

## V, 13.

*Gregor VII. lädt Erzbischof Wibert von Ravenna samt seinen Suffraganen zur Fastensynode nach Rom.*

*Rom, 1078 Januar 28.*

*R f. 141:* liber V < n. 13 >.

*Editio Romana (1591) 3, 743 n. 13. Mansi, Conc. coll. 20, 246 n. 13. Migne, Patr. lat. 148, 498 n. 13. Jaffé, Bibl. 2, 303 n. 13. — Jaffé, Reg. 5063 (3801). Kehr, Italia pontificia 5, 55 n. 178. — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 101.*

**< Ravennati archiepiscopo eiusque suffraganeis et ceteris episcopis et abbatibus per marchiam Firmanam Camerinam Pentapolim Ameliam et Longobardie partibus constitutis >**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Guiberto Ravennati archiepiscopo[1] omnibusque suffraganeis eius[a] et universis episcopis et abbatibus in marchia Firmana et Camerina et in Pentapolim | et Emilie[b] et Longobardię partibus constitutis. *f. 141'.*

Salutem vobis cum apostolica benedictione libenter mitteremus, si vestrę temeritati sanctorum patrum auctoritas non obstitisset. Quam graviter enim, ultra quam christianos oporteret, beatum Petrum apostolum eiusque sanctam Romanam ecclesiam, vestram utique omniumque fidelium matrem, offensam atque commotam reddidistis, Deus est testis sanctorumque patrum regula[c] vestraque conscientia. *cf. II, 5, VII, 23, IX, 23.* Sed quoniam humanum est peccare Deique est peccantibus conversis veniam tribuere, ipsa, quę eiusdem Dei et Domini sanguine fundata est, ecclesia ad gremium suum redire vos adhuc ut mater expectat, nequaquam enim in vestra crassari desiderat nece, immo vestrę cupit saluti occurrere. Quapropter moti tam vestra quam omnis gregis Christi vobis commissi salute ex omnipotentis Dei parte et Romanę ecclesię, universalis videlicet matris, apostolica auctoritate monemus et invitamus vos, ut ad synodum, quam Deo auctore[d] in proximo venturę quadragesimę prima ebdomada[2] celebraturi sumus, conveniatis scientes vos securos fore ab omni lęsione vitę et membrorum rerumque vestrarum et ab omni seculari iniuria, eorum scilicet, quos constringere poterimus. Sciatis etiam, quod apud nos nullius unquam odium aut preces seu turpis iactantia lo-

---

13. a) *Über der Zeile hinzugefügt R, vgl. Peitz S. 317 A. 4.* b) *Korr. aus* Amelie *(nicht* Imelie, *wie Peitz S. 317 A. 5) R;* Emilie *T.* c) *Korr. aus* regulā *R.* d) *Korr. aus* auctoritate *R.*

1) *Vgl. lib. II n. 42.* 2) *27. Febr. bis 3. März.*

cum optinere poterit, quo contra vos in aliquo iniustitiam exercere possit, immo rigorem iustitię, prout possumus, temperantes indulgere vobis, quantum sine detrimento animarum vestrarum et nostro periculo poterimus, parati sumus. Desideramus enim potius Deo teste vestrę saluti et populi vobis crediti consulere, quam nostro seculari commodo in aliquo providere. Data Rome V. Kalendas Februarii, Indictione I.

## V, 14.

*Gregor VII. befiehlt Klerus und Volk von Orléans, dem erwählten Bischof Sanzo, dessen Wahl wegen verschieden lautender Berichte noch der Untersuchung bedürfe, bis dahin zu gehorsamen. Rom, 1078 Januar 29.*

*R f. 141′:* liber V <n. 14>.

*Editio Romana (1591) 3, 743 n. 14. Mansi, Conc. coll. 20, 247 n. 14. Migne, Patr. lat. 148, 499 n. 14. Boucquet, Recueil ed. Brial 14, 616 n. 81. Jaffé, Bibl. 2, 304 n. 14. — Jaffé, Reg. 5064 (3802).*

**<Clero et populo Aurelianensi>**

|| **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei clero et populo Aurelianensis ecclesię salutem et apostolicam benedictionem.

Litteras a vobis delatas apostolicam sedem accepisse non ignorare vos credimus, quibus electio episcopalis facta in Sanzone ecclesię vestrę clerico intimabatur[1]. Quibus, quoniam honestatem eius iam pridem agnovimus, fidem acommodare assensumque prebere parati fuimus Sed quoniam, instinctu
*f. 142.* quo actuve nescimus, inopinate litterę nichil | priorum sensus habentes, immo contraria sentientes ad nostram presentiam delatę sunt, nostram diffinitivam sententiam, ne facere aliquid super hoc negotio precipitanter et inordinate videremur, quoadusque vobis aut nuntium seu litteras nostras[a], per quod omnia eiusdem negotii acta plenius cognoscamus, suspendere dignum duximus. Tamen unum vos scire volumus, quod clericos illos, qui a vobis litteras nobis detulerant quique Sanzoni contraria sentiebant, una cum prenominato Sanzone coram episcoporum nostrorum presentia diligenter perscrutari fecimus, quatenus utriusque partis veritate percognita, quid improbandum abige-

---

14. a) *Giesebrecht, De registro emendando p. 38 ergänzt:* mittamus, *die älteren Edd.:* quoadusque nobis . . . litteras vestras, per quas, *Jaffé nimmt eine größere Lücke an.*

1) *Vgl. oben n. 8.*

remus[b], quidve approbandum laudassemus. Tandem poene omnia, quę sui emuli sibi obiecerant, Sanzo ipse confutans sibi magis favere iustitiam nobis dignis assertionibus demonstravit. Verum quia nichil super hoc negotio aliisque suis causis absque nostro apostolico consensu consiliove agere cupit, immo se suaque omnia sub tutela sedis apostolicę constituit, quantum sibi iuste subvenire Domino concedente possumus, non[c] denegamus. Interea apostolica mansuetudine tam vos quam ceteros, ubicunque possessionem habet, monemus et auctoritate precipimus, ut omnis honor omnisque reverentia[d] sibi exhibere non denegetis ac eum cum omnibus, quę sua sunt, tute et sine omni molestia seu inquietudine manere permittatis scientes, quod, si aliter feceritis, quod non credimus, ac[e] ei honorem reverentiamque subtraxeritis et eum et, quę sua sunt, quiete et secure manere minime permiseritis, ita in vos sicut in hostes nostros et apostolicę sedis adversarios vindictam et apostolicę ultionis gladium exeremus. Nos vero cum predicto viro Sanzone Deo iuvante tale consilium adinveniemus, quod honor vestrę ecclesie et utilitas in omnibus melius[f] quam solito vigebit. Data Rome IIII. Kalendas Februarii, Indictione I.

*cf. IV, 23, V, 14a, VII, 14a.*

## V, 14a.

*Protokoll der römischen Fastensynode von 1078.*
*Rom, 1078 Februar 27. bis März 3.*

*R f. 142:* liber V *(ohne Nummer) = Lib. pont. Vita Gregorii VII. (ed. Duchesne 2, 284) (Auszüge aus Einleitung, 1, 3, 4, 6), = Cod. Vat. lat. 1321, 15. Jh., f. 277 (vgl. Peitz 285).*

Notum tam presentibus quam posteris fieri volumus causam Cuniberti Taurinensis episcopi[3] et abbatis sancti Michahelis[4] qualiter finiendam esse posuimus. Venientes enim ante nostram presentiam post plura annorum curricula[5], quibus conquesti sunt alter adversus alterum, ex voluntate acquiescentes et oboedientes nostro iussui pacem inter se nobis precipientibus fecerunt. Quibus ex auctoritate apostolica interdiximus, ne alter alteri occasionem discordie ulterius preberet; sed episcopus abbati et predicto monasterio emendet, quę eí abstulit, nisi quantum abbas ei condonaverit. Similiter *f. 154'.* et abbas episcopo faciat, et hoc in | existimatione Astensis episcopi[6] et episcopi Aquensis[7] necnon et abbatis Fructuariensis[8]. Si autem episcopus voluerit et potuerit probare illud monasterium in proprietate et alodio sui episcopii esse con-

---

y) *Über der Zeile hinzugefügt vom Korrektor R.*

6. a) *Nachtrag von Hand des 14. Jh. R; vgl. auch die folgenden Briefe.*

1) *N. 13 bei 1. Deusdedit, Coll. can. lib. III c. 61 (57), ed. Martinucci p. 263, Wolf v. Glanvell p. 294 (hier verbunden mit n. 11, s. oben); 2. Gratian, Decr. III c. 69 D 1, De cons.* 2) *Vgl. c. 44 conc. Moguntin. 813 (M.G. Conc. 2, 1, 271).* 3) *Vgl. lib. III n. 9.* 4) *S. Michele della Chiusa, Benedikt II., vgl. lib. II n. 33.* 5) *Der Streit schwebte schon unter Alexander II., vgl. Kehr, Italia pontificia 6, 2 S. 123 n. 3. Vgl. auch lib. II n. 69. — Über ein einschlägiges Gedicht Benzos von Alba an Bischof Cunibert vgl. Lehmgrübner, Benzo von Alba S. 71.* 6) *Ingo, vgl. lib. I n. 43.* 7) *Albert, vgl. lib. I n. 27.* 8) *Albert III.*

structum, in sequenti synodo uterque se presentent et in eo iustam et legalem diffinitionem accipiant; si vero aliquo impedimento cessaverint, legatos suos dirigant, quatenus eis ipsi reportent, qualiter et quando finem eorum negotio imponamus. Quodsi episcopus cognita veritate cognoverit idem monasterium non esse constructum in alodio sui episcopatus vel abbas perpenderit, quod episcopus circa hoc negotium iustam et veram habeat rationem, sine aliqua disseptatione[b] vel controversia ei, qui veritatem et iustitiam habuerit, acquiescat, procul dubio scientes, quia in eum, qui iniustam causam habens defendere temptaverit vel aliquod patrocinium vel potentiam sperans iniustum negotium agitare ausus fuerit, graviter et severissime puniemus. Data Rome VIII. Kalendas Decembris, Indictione II.

## VI, 7.

*Gregor VII. beauftragt Bischof Hugo von Die mit der Untersuchung der Bannung Graf Roberts (I.) von Flandern.*

*Rom, 1078 November 25.*

*R f. 154': <liber VI> <n. 7>.*

*Editio Romana (1591) 3, 765 n. 7. Mansi, Conc. coll. 20, 262 n. 7. Migne, Patr. lat. 148, 516 n. 7. Boucquet, Recueil ed. Brial 14, 624 n. 92. Jaffé, Bibl. 2, 336 n. 7. — Jaffé, Reg. 5086 (3822).*

**<Diensi episcopo>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Hugoni Diensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Quia ex pastoralis officii susceptione oportet nos magnam sollicitudinem habere de salute omnium filiorum ecclesię, debemus quamtotius emendare, si quid noverimus aliter gestum esse, quam convenit rectitudini ecclesiasticę. Proinde notificamus dilectioni tuę nobis per aliquos et maxime per Ingelrannum Flandrensem clericum[1] innotuisse Robertum Flandrensium comitem[2] ab Huberto legato nostro[3] et Hugone Lingonensis[a] episcopo[4] per machinationes inimicorum suorum[5] excommunicatum esse. Quod quia non debemus, si verum est, ferre, rogando mandamus fraternitati tuę, ut, si tibi molestum

---

b) *So R;* disceptatione *T.*

7. a) *So R.*

1) *Kanoniker von St. Omer. Vgl. lib. IV n. 11.* 2) *Vgl. ebenda.* 3) *Vgl. lib. I n. 8, IV n. 12a, 17, V, 19, 22.* 4) *Vgl. lib. IV n. 22, S. 332 A. 4.* 5) *Vermutlich der Mönche von Bergh St. Winnoc, mit denen er eine Differenz hatte; vgl. Chron. mon. Watinensis c. 6 f. (M. G. SS. 14, 166 f.), Johannis Longi Chron. s. Bertini (M. G. SS. 25, 783 f.).*

non est, ad illas partes festines accedere et, si inveneris eum non canonice excommunicatum, absolvas eum ex beati Petri apostolorum principis et nostra parte; sin autem, quod non optamus, canonice et tamen voluerit satisfacere, iterum[b] ne differas eum ovili Dominico reconciliare, quia ipse summus pastor ovem perditam propriis humeris voluit ad gregem reportare. Si autem tibi possibile non est id per temetipsum agere, mitte personas religiosas pro te, qui preordinata predicto modo valeant finire. Data Rome VII. Kalendas Decembris, Indictione II.

*cf. Luc. 15, 5.*

## VI, 8.

*Gregor VII. setzt dem (Archidiakon) Hubert (von Térouanne) und den Grafen von St. Pol (Artois) einen letzten Termin in ihrem Besitzstreit mit den Klerikern von St. Omer.*

*Rom, 1078 November 25.*

*R f. 155:* <liber VI> <n. 8>.

*Empfängerüberlieferung: Orig. St. Omer Kapitelarchiv (II G 56, vgl. Giry, Revue hist. 1, 393 A. 3), Photogr. H. Breßlau, Berlin, Hist. Seminar d. Univ. Ed. Pflugk-Harttung, Acta pont. Rom. inedita 2, 134 n. 167.*

*Editio Romana (1591) 3, 766 n. 8. Mansi, Conc. coll. 20, 263 n. 8. Migne, Patr. lat. 148, 516 n. 8. Boucquet, Recueil ed. Brial 14, 624 n. 93. Jaffé, Bibl. 2, 337 n. 8. — Jaffé, Reg. 5088 (3823).*

**<Uberto et clericis et comitis[a] de castro sancti Pauli G. et U.>**

*f. 155.*

|| GREGORIUS[b] episcopus servus servorum Dei Uberto[1] et clericis et comitibus de castro sancti Pauli[2] Guidoni et Ugoni salutem et apostolicam benedictionem, si oboedierint.

Clerici sanctę Marię et sancti Audomari[3] adeuntes apostolicam sedem conquesti sunt de vobis, quod iam multo tempore sibi et suę ecclesię aufertis quandam villam Keseca[4]

---

b) *Jaffé korr. ohne Grund* item.

8. a) *So R.* b) *Hier, wo eine neue Lage der Hs. beginnt, tritt zum erstenmal auf kurze Zeit an Stelle des rubrizierten ein schwarz in verlängerten Buchstaben gemalter Papstname. Auch der Anfang des Kontexts ist nicht rubriziert.*

*Empfängerüberlieferung:* 26 GREGORIUS] G. 26/27 Uberto et] *fehlt* 27 Pauli] PAVLI Guidoni] Widoni 28 Ugoni] Hugoni

1) *Archidiakon von Térouanne, vgl. lib. IV n. 10.* 2) *St. Pol, Artois.* 3) *St. Omer.* 4) *Quesques, Dorf im Dép. Pas de Calais, arr. Boulogne, cant. Desvres (Giry, Revue hist. 1, 397 N. 4). Nach Pflugk-Harttung l. c. S. 135 A. 1 Hezeques, zwischen St. Pol und Térouanne.*

nominatam cum omnibus ad eam pertinentibus, atque cum multoties de hoc in provincialibus synodis coram episcopo vestro[1] et ad ultimum coram Hugone Diensi coepiscopo et fratre nostro apostolicę ecclesię legato in Pictavensi concilio[2] querelam fecissent atque ille ex auctoritate nostra precepisset, ut coram episcopo vestro aut proclamata ecclesię prefatę et clericis redderetis aut, quod vestra iure esse debeant[c], rationem diceretis episcopusque vester tres terminos vobis et ad ultimum provincialem synodum statuisset, ut utrumlibet ageretis, vos tamen neutrum, sicut nunquam, ita quoque nec tunc facere voluistis. Unde ex auctoritate Dei et sancti PETRI apostolorum principis precipimus vobis, ut, si ita est, predictas res predictę ecclesię et clericis eius sine dilatione canonice restituatis aut, si ita non est et iusta ratione pro certo scitis ad vestram ecclesiam eas pertinere debere, infra XL dies, postquam litteras nostras videritis vel, si eas videre vitaveritis, postquam eas missas vobis cognoveritis, Hugonem prefatum coepiscopum et fratrem nostrum ad diem Ingelranno[3] et fratribus eius a vobis antea denominatum atque prenuntiatum adeatis, ut utrisque partibus[d] corampositis ipse legitimum finem faciat huius contentionis. Quodsi et[e] istud agere nolueritis infra prescriptos dies, finitis eis contradicimus vobis et Widoni Hugonique et Eustachio comitibus, Oilardo quoque subdefensori prefatę possessionis omnibusque vobis amodo auxilium et consensum ad hoc sacrilegium prebituris velut sacrilegis et raptoribus omnem penitus ecclesię ingressum et christianam communionem atque gratiam beati PETRI
*f. 155'.* apostolorum | principis et in vita et in morte, nisi forte pęnitentiam egeritis et iniuste rapta ecclesię prefatę canonice restitueritis. Si autem, quod absit ab omnibus christianis, post hęc omnia diabolica infecti malitia in excommunicatione prescripta incorrigibiliter perseverare malueritis, precipimus defensoribus et patronis predictę ecclesię, ut eidem et clericis eius prefatas res restituere omnibus modis satagant. [D]ata[f] Rome VII. Kalendas Decembris, [I]ndictione[f] II.

---

c) *Danach ein begonnener Buchstabe getilgt R.* d) *Korr. aus* partis *R.* e) Quod etsi *R. T; korr. Jaffé, vgl. auch Empfängerüberlieferung.* f) *Initiale fehlt R.*

*Empfängerüberlieferung:* 6 ecclesię prefatę] ecclesie prefate 16 XL] quadraginta 18/19 Ingelranno] Ingelramno 21 (quod etsi)] quodsi et 33 et clericis] clericis 34/35 Data—II] *fehlt*

1) *Drogo von Térouanne, † 21. August 1078.* 2) *15. Januar 1078, vgl. lib. V n. 17 S. 378 A. 3.* 3) *Vgl. n. 7.*

## VI, 9.

*Gregor VII. beauftragt die Archidiakonen von Térouanne, den Brief n. 8 in Térouanne zu verlesen und seinen Weisungen gemäß zu handeln.* *Rom, 1078 November 25.*

*R f. 155¹:* <liber VI> <n. 9>.

*Editio Romana (1591) 3, 767 n. 9. Mansi, Conc. coll. 20, 264 n. 9. Migne, Patr. lat. 148, 517 n. 9. Boucquet, Recueil ed. Brial 14, 625 n. 94. Jaffé, Bibl. 2, 338 n. 9. — Jaffé, Reg. 5089 (3824).*

**<Archidiaconibus et aliis clericis Tarvannensis ecclesie>**

|| GREGORIUS[a] episcopus servus servorum Dei archidiaconibus Tarvannensis ecclesię Ernolfo et Huberto et canonicis, si canonice vixerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Clericos de castro sancti Pauli, de quibus canonici sancte Marię et sancti Audomari per Ingelrannum et alios fratres eius nobis sunt conquesti, ad civitatem Tarvennam ex auctoritate nostra omnes convocate et litteras nostras eis legite, quę vobis dabuntur ex nostra parte. Qui si noluerint venire vel venientes litteris nostris non oboedire, omnem ecclesię ingressum et, quod in litteris nostris eis contradicitur, contradicite et insuper quicquid de ecclesia Tarvannensi[b] possident clericali exhibitione. Laicis quoque in litteris nostris nominatis et, quicunque alii prefatis clericis post litteras nostras visas vel notificatas non obędientibus consensum auxiliumque, ut in rapina et sacrilegio perseverent, prebuerint, notificate, quod in prescripta positi sint excommunicatione. Mathildem viduam Arnulfi advocati, quę terram, quam maritus suus moriens dedit ecclesię sanctę Marię et quam ipsa[c] promisit morienti se liberam facere, ammonete adhuc, ut quod promisit perficiat; sin autem, in prefata damnatione, quamdiu non fecerit, maneat. Rengerium Adam Bereuuoldum et cęteros, qui subtrahunt decimas novarum terrarum prefatę ecclesię, ammonete, ut reddant et satisfaciant; quod si noluerint, quousque resipiscant, predictę damnationi subiaceant. Et hoc etiam addimus, ut nullus accipiat de manu omnium prelibatorum oblationem aliquam sive in vita sive in morte, quousque canonice, quod peccaverunt, emendent. [D]ata[d] Rome VII. Kalendas Decembris, [I]ndictione[d] II. | *f. 156.*

9. a) GREG. b) *Korr. in* Tarvennensi *R (doch vgl. oben Z. 12);* Tarvennensi *T.* c) ipse *R. T; korr. Jaffé.* d) *Initiale fehlt R.*

## VI, 10.

*Gregor VII. teilt den Ravennaten die Absetzung des Erzbischofs (Wibert) auf der (November)synode mit und löst sie von der Gehorsamspflicht.*

*Rom, 1078 November 26.*

*R f. (156):* <liber VI> <n. 10>.

*Editio Romana (1591) 3, 767 n. 10. Mansi, Conc. coll. 20, 264 n. 10. Migne, Patr. lat. 148, 518 n. 10. Jaffé, Bibl. 2, 339 n. 10. — Jaffé, Reg. 5091 (3825). Kehr, Italia pontificia 5, 93 n. 40. — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 167.*

<Omnibus Ravennatibus>

(★) GRegorius[a] episcopus servus servorum Dei omnibus Ravennatibus maioribus et minoribus, qui beatum Petrum eiusque filium, sanctum videlicet Apollinarem martyrem[b] atque pontificem, sicut christianos decet, diligunt[b], salutem et apostolicam benedictionem.

Quam fideliter quamque humiliter beato Petro, nempe apostolorum principi, Ravennas ęcclesia semper adheserit quantamque matri suę, sanctę videlicet Romanę ecclesiæ[c], oboedientiam in omnibus exhibuerit, vestra fraternitas optime novit. Ille autem, qui nunc ecclesię[c] Ravennatis episcopus esse dicitur[1], quomodo eam olim tam ditissimam quam etiam religiosissimam tyrannica depredatione devastaverit et inreligiosę vitę exemplo corruperit, et vos patiendo videndoque sensistis et nos certo experimento didicimus. Sed quia his malis aliisque quampluribus flagitiis irretitus atque pollutus, ne argui possit atque convinci, superbię fastu elatus contra apostolorum principem calcaneum erexit et in[d] inoboedientia, quę sceleri comparatur idolatrię[2], perseveret, eum sine spe recuperationis Spiritus[e] sancti iudicio apostolice[f] sedis auctoritate in sancta Romana synodo[3] esse depositum presentium

*cf. IV, 1, VII, 14 a.* *cf. 1. Reg. 15, 23.*

---

10. a) *Das Blatt f. 156. 156' ist zusammen mit f. 163. 163' an Stelle des ursprünglichen, das noch dem Archetyp der Hss.-Klasse T vorlag, eingesetzt und von einer Hand des 12. Jahrh. beschrieben [R*], vgl. Peitz S. 31, N. A. 38, 148.* b–b) martyrem–diligunt *fehlt in R*, aus T ergänzt, vgl. N. A. 38, 147, die Hs. E ergänzt nach* Apollinarem: colunt, *vgl. ebenda.* c) e- *korr. aus* ę- *R.* d) *Fehlt in T.* e) *So T;* spū *R*.* f) aplic̄ *R*;* ap̄lica *T.*

1) *Wibert.* 2) *Eins der häufigsten Bibelzitate bei Gregor, vgl. lib. II, 45, 66, 75, IV. 1. 2, 11, 23, 24, VI, 11, VII, 14 a, 16, 24, VIII, 15, 21, IX, 20, 35 (Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 196).* 3) *19. November, vgl. n. 5 b und Lib. pont. Vita Gregorii VII. (ed. Duchesne 2, 285):* Renovavit etiam anathema factum super Guitbertum Ravennatem et civibus maioribus omnibus atque minoribus nuntiavit eum excommunicatum et destructorem Ravennatis aecclesiae.

indiciis[g] indubitanter cognoscite. Quapropter, ut nullam ei[h] deinceps, quę episcopo debetur, oboedientiam exhibeatis, omnibus vobis beati Petri apostolorum principis auctoritate precipimus. Si qui vero excommunicationis contagione vulnerati his salutiferis ausi fuerint repugnare preceptis, eos velut putrida membra a toto corpore Christi, quod est ęcclesia catholica, anathematis gladio resecamus atque proicimus. Vobis autem Deum diligentibus et beato Petro obędientibus ex auctoritate eiusdem apostolorum principis omnium peccatorum remissionem largimur[1][i]. Data Rome VI. Kalendas Decembris, Indictione II.

## VI, 11.

*Gregor VII. mahnt die Kleriker (der Kathedrale) S. Martino in Lucca, trotz mehrfachen Ungehorsams, nochmals zur Aufrichtung der vita communis gemäß den Weisungen seiner Vorgänger. Rom, 1078 November 28.*

*R f. (156):* <liber VI> <n. 11>.

*Editio Romana (1591) 3, 768 n. 11. Mansi, Conc. coll. 20, 265 n. 11. Migne, Patr. lat. 148, 519 n. 11. Jaffé, Bibl. 2, 340 n. 11. — Jaffé, Reg. 5092 (3826). Kehr, Italia pontificia 3, 399 n. 10.*

<Clericis[a] Lucensis ecclesie>

GRegorius episcopus servus servorum Dei clericis sancti (★) Martini Lucensis ecclesię[b 2] salutem et apostolicam benedictionem.

Cum apud vos essemus[3], sepissime vos per nos et per confratres nostros ammonuimus[c], uti sęcundum privilegium antecessorum nostrorum, sancti videlicet Leonis papę[4] et Victoris[5], quod ipsorum tunc canonicorum vestrę ecclesię[b] rogatu ipsi ęcclesię fecerunt, communem regularemque vitam

---

g) indiciis presentium *T.* h) eius *T.* i) *Am Rand* Indulgentia *von moderner Hand.*

11. a) cleris *R*.* b) e- *korr. aus* ę- *R.* c) admonuimus *T.*

1) *Als frühesten, „einem Ablaß nahekommenden päpstlichen Segenswunsch" führt Gottlob, Kreuzablaß und Almosenablaß (Kirchenrechtl. Unters., hsg. von Stutz 30—31, 1906) S. 240, Nicolaus II. JL. 4432 an. Das vorliegende Beispiel sowie lib. VI, 15, 31, VII, 21, 24 hat er nicht berücksichtigt. Vgl. auch den Segenswunsch der Adresse von IV, 3 und die Schlußwünsche von I, 50, II, 31, IV, 17, V, 21, VI, 13, VIII, 22 u. a.* 2) *Der Kathedrale, vgl. lib. V n. 1.* 3) *Vgl. l. c. S. 348 A. 2.* 4) *Leos IX., JL. 4254, Kehr l. c. S. 397 n. 1.* 5) *Victors II., nicht erhalten, vgl. Kehr l. c. S. 398 n. 3.*

duceretis[d]. Sed vos quę vestra sunt querentes non quę Iesu Christi nostras ammonitiones[e] neglexistis. Cumque tantę *cf. Phil. 2, 21.* neglegentię et inobędientię, quę scelus idolatrię a sanctis patribus[1] dicitur merito, iure vos sententia iudicialis ferire *cf. 1. Reg. 15, 23.* deberet, episcopi tamen vestri[2] et quorundam fratrum vestrorum precibus apostolica mansuetudo solita pietate ut filios usque ad festivitatem Omnium Sanctorum[3], deinde etiam interventu eiusdem episcopi usque ad synodum[4] clementer *f. 156'.* vos sustinui[f]. Ad quam precepimus, ut aliquos | mitteretis de vobis, qui de vestra nobis obędientia responderent. Quod quia minime factum est, ut decuerat, iam nunc ęquitatis non *f. V, 7, IX, 3.* possumus differre censuram. Proinde per veram obędientiam moneo, ut communem vitam vivatis, sicut sanctus Leo papa ecclesię[g] vestrę instituit et sicut Romana ęcclesia intellegit, id est, ut omnia ecclesię[g] bona in communem utilitatem redigantur[h] et communiter, sicut supra dictum est, expendantur, aut, si id facere recusatis, ecclesiæ[g] prebendas in manu episcopi ad ecclesię[g] utilitatem reddatis. Quodsi neutrum horum, quod absit, facere recusatis[i], ex auctoritate Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri[k] et[k] Pauli omnium ęcclesiarum introitum vobis usque ad emendationem congruam prohibemus. Data Rome IIII. Kalendas Decembris, Indictione II.

## VI, 12.

*Privileg für das Erzbistum Pisa betr. Bestätigung des Besitzes und Verleihung des apostolischen Vikariats in Corsica samt einer Ertragsquote von den Einkünften und Gerichtsgefällen daselbst. Rom, 1078 November 30.*

*R f. (156'): <liber VI> <n. 12> = Cop. 17. Jh. Rom Arch. Vat. Arm. XXXV t. 192 f. 34 u. 39 (vgl. Kehr, Nachr. d. Götting. Ges. d. Wiss. 1900 S. 372).*

*Editio Romana (1591) 3, 769 n. 12. Mansi, Conc. coll. 20, 266 n. 12. Migne, Patr. lat. 148, 520 n. 12. Jaffé, Bibl. 2, 341 n. 5. — Jaffé, Reg. 5093 (3827). Kehr, Italia pontificia 3, 320 n. 5.*

---

d) *Korr. aus* duceritis *R**. e) admonitiones *T*. f) *So R*. T nach schlecht stilisiertem Konzept; Edd. korr.* sustinuit. g) e- *korr. aus* ę- *R*. h) religantur *T*. i) *Jaffé korr.* curatis; *doch ist doppelte Negation in den Gregorbriefen häufig.* k) *Über der Zeile hinzugefügt R**.

1) *Vgl. Gregor I., Moralia lib. XXXV c. 28, ebenfalls in II, 66, IV, 11, VIII, 21, IX, 35 zitiert. Das Bibelzitat außerdem in lib. II, 45, 75, IV, 1, 2, 23, 24, VI, 10, VII, 14 a, 16, 24, VIII, 15, IX, 20. Auch das vorhergehende Bibelzitat häufig in Gregors Eigendiktaten, vgl. I, 42, 47, II, 14, 31, 77, IV, 24, VIII, 21.* 2) *Anselm II., vgl. lib. IV n. 8.* 3) *1. November.* 4) *19. November (vgl. n. 5b); beide Zitationen sind nicht erhalten, vgl. Kehr l. c. S. 399 n. 9.*

**<Pisano episcopo suisque successoribus>**

GRegorius episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo fratri[a] Landulfo Pisano episcopo[1] suisque successoribus.

Supernę[2] miserationis respectu ad hoc universalis ecclesię[b] curam suscepimus et apostolici moderaminis sollicitudinem gerimus, ut iustis precantium votis attenta benignitate faveamus et libramine ęquitatis omnibus in necessitate positis, quantum Deo donante possumus, subvenire debeamus. Unde postulante te, frater Landulfe, [ut][c] ecclesiam[d], cui Deo volente preesse dinosceris, eiusque bona ab[e] adversariorum impetu et infestatione nostrę apostolicę[f] auctoritatis munimine tueremur, inclinati iustis precibus tuis concessione presentis privilegii confirmamus tibi episcopatum predictę Pisanę ecclesię[g] cum omni iure suisque pertinentiis. Et quia Pisana ecclesia, quę in preficiendis[h] sibi pastoribus a constitutionibus sanctorum patrum deviaverat, tandem pro restitutione antiquę libertatis suę salubre consilium matris suę sanctę Romanę ecclesię suscepit ita, ut te non aliunde sed
*cf. Jo. 10, 1.* per ostium, quod Christus est[1], | intrantem gaudeat se nobis *f. 157.*
ordinantibus habere pastorem, indulgemus concedimus atque firmamus sibi tam ea, quę ab antiquis temporibus iuste collata sunt, quam ea, quę divina pietas per serenissimam filiam nostram Mattildim pro remedio animę matris suę[3] in eadem ecclesia sepultę, concedere dignata est[4], videlicet locum qui dicitur Scannellum[5] cum castellis et pertinentiis suis et alia, quę in futurum Deo auctore a fidelibus legaliter conferenda sunt. Preterea fidei et religionis tuę gratum in te fructum exuberare cognoscentes committimus tibi tuisque successoribus vicem nostram in Corsica insula[6], si tamen ipsi consensu Romani pontificis et electione[k] Pisani populi ita canonice intraverint, sicut te constat intrasse, ut, secundum quod Deus[l]

---

12. a) fratri in Christo *T.* b) e- *korr. aus* ę- *R.* c) *Fehlt in R*. T.* d) -am *korr. aus* -ę *R*.* e) *Fehlt in R*, vgl. N. A. 38, 148 N. 3.* f) i *korr. aus* c *R*.* g) ecclesie Pisane *T.* h) pficiendis *T. R*.* i) *Der Rest von f. 156', der wegen des engeren Duktus der jüngeren Schreiberhand auf dem Ersatzblatt frei blieb, ist von ihr irrtümlich zur Eintragung des Beginns von VI, 20, der vielmehr auf f. 163' gehört, benutzt worden, vgl. Levi in Arch. paleogr. Ital. 2, Notizie dei facsimili p. VIII, N. A. 38, 148 N. 2.* k) electionē *R.* l) *Über der Zeile nachgetragen R.*

1) *Vgl. lib. V n. 2, 4.* 2) *Der Anfang der Arenga ziemlich wörtlich nach der Formel Lib. diurn. n. 96 (ed. Sickel p. 126).* 3) *Beatrix.* 4) *Vgl. das Diplom vom 27. August 1077, ed. Ughelli, Italia sacra 3, 362; Overmann, Gräfin Mathilde Reg. n. 31.* 5) *Scanello (Grafschaft Bologna), vgl. Schneider in Quellen u. Forsch. aus ital. Arch. 11 (1908) S. 50 ff.* 6) *Vgl. lib. V n. 2, 4.*

tibi tradidit, quę ad christianam religionem pertinere videntur, vigilanti studio episcopos clericos populumque eiusdem insulę doceas atque morum honestate confirmes, iuxta propheticum *cf. Jer. 1, 10.* *cf. II, 68.* sermonem ut evellas et destruas, edifices et plantes. Quę nimirum insula a iure et dominio sanctę Romanę ecclesię per quorundam pravorum hominum invasionem subtracta ut prudentię tuę studio exclusis invasoribus secundum antiquum morem ad dominium eiusdem Romanę ecclesię revocetur, concedimus tibi, per quem Pisana ecclesia ad antiquum sui decorem reducta est et qui prius in restitutione predicte insulę elaboraturus es, medietatem omnium redituum et totius pretii medietatem, quę de placitis adquiretur; duobus vero successoribus tuis quartam partem redituum et totius pretii, quę[m] de placitis adquiretur, ita tamen, ut arces et queque munita loca per te adquirenda in potestate nostra et successorum nostrorum permaneant eo tenore, ut, si necessitas exegerit, custodes eorundem locorum tibi successoribusque tuis salvo iure et honore Romanę ecclesię oboediant. Dignum quippe est, ut, si ad imperium et consensu Romanę ecclesię pastoralem[n] secundum Deum susceperint[o] dignitatem, habeant ex largitione apostolicę sedis temporalium rerum sustentationem et decorem. Hoc etiam addendum esse censuimus, ut in agendis placitis nuntius noster semper intersit. Actum *f. 157'.* Romę II. Kalendas Decembris, Indictione II.

## VI, 13.

*Pastoralschreiben an den Norwegerkönig Olav (III.) mit der Aufforderung, Missionarzöglinge nach Rom zu senden, und der Mahnung, den Bruderzwist in Dänemark nicht zu unterstützen. Rom, 1078 Dezember 15.*

*R f. 157': liber <VI> <n. 13> = Cop. 17. Jahrh. Rom Bibl. Vallicell. C 23 f. 272, vgl. Kehr, Gött. Nachr. 1903 S. 130.*

*Editio Romana (1591) 3, 770 n. 13. Mansi, Conc. coll. 20, 267 n. 13. Migne, Patr. lat. 148, 521 n. 13. Jaffé, Bibl. 2, 343 n. 13. — Jaffé, Reg. 5096 (3829). Reg. dipl. hist. Dan. 1, 30 n. 148. — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 168 f.*

**<Norvechorum regi>**

(★) **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Olavo Norvechcorum[a] regi[1] salutem et apostolicam benedictionem.

---

m) q *korr. aus* d *R.* n) pastorale *R. T.* o) susceperit *R. T.*

13. a) h *über der Zeile hinzugefügt R.*

1) *III., 1067—93.*

Licet ex universali cura sanctę et apostolicę sedis, cui divina miseratione presidemus, debitores simus omnibus, qui Christi fidem colunt, de vobis tamen, qui quasi in extremo orbe terrarum positi estis, tanto nos maioris sollicitudinis ratio necessitasque circumstat, quanto vos eorum, qui in christiana religione vos instruant, minorem copiam et necessaria minus solacia habere cognoscimus. Quapropter oblata oportunitate scripsimus vobis ad confortandam aliquomodo gloriam vestram in fide, quę est in Christo Iesu. Qui secundum propositum voluntatis ęterni patris Dei cooperante Spiritu sancto pro salute mundi homo factus est, de intemerata virgine natus, mundum reconcilians Deo per mortem suam, delens peccata nostra per redemptionem, quę est in sanguine ipsius, et devicta morte in semetipso convivificavit ac resuscitavit et nos in spem vivam, in hereditatem inmarcescibilem incontaminatam incorruptam. In quo, sicut confidimus in misericordia eius, vobis parata est ęterna salus et vita, si tamen in illo spem firmam usque ad finem tenueritis credentes, sicut dicit apostolus Paulus, quoniam in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Propter quod servite ei cum omni timore et humilitate memores, quid psalmista dicat: 'Quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium.' Sitque semper in ore, sit semper in corde vestro, quod hunc versiculum paucis interpositis sequitur: 'Et anima mea illi vivet et semen meum serviet ipsi.'

*cf. I, 53, II, 44, IV, 26, 28.*

*cf. 1. Petr. 1, 4.*

*cf. Hebr. 3, 6.*

*cf. Col. 2, 9.*

*Ps. 21, 29.*

*Ps. 21, 31.*

Notum autem vobis esse volumus, quoniam desiderium nostrum est, si quo modo possemus, ad vos aliquos de fratribus mittere, qui fideles et docti essent ad erudiendum vos in omni scientia et doctrina in Christo Iesu, ut secundum evangelicam et apostolicam doctrinam decenter instructi in nullo vacillantes essetis, sed radicati atque fundati super stabile fundamentum, quod est Christus Iesus, abundantius atque perfectius in virtute Dei cresceretis et secundum operationem fructum fidei ęterna retributione dignum redderetis. Quod quia nobis tum propter longinquitatem terrarum et maxime propter ignaras linguas valde difficile est, rogamus vos, sicut et regi | Danorum[1] denuntiavimus, ut de iunioribus et nobilibus terrę vestrę ad apostolicam aulam mittatis, quatenus sub alis apostolorum Petri et Pauli sacris ac divinis legibus diligenter edocti apostolicę sedis ad vos mandata referre non quasi ignoti, sed cogniti et, quę christianę religionis ordo postulaverit, apud vos non quasi rudes aut ignari, sed lingua

*cf. Eph. 3, 17.*

*cf. Sap. 4, 3.*

*cf. IV, 28.*

*f. 158.*

1) *Harald Hein, vgl. lib. V n. 10.*

ac scientia moribusque prudentes digne Deo predicare et efficaciter ipso adiuvante excolere valeant.

Relatum quoque nobis est fratres regis Danorum[1] ad vestram se contulisse excellentiam, ut vestris viribus copiisque nitentes, quatenus cum illis regnum dividat, fratrem cogere intendant. Quę quidem res quantum ad regni detrimentum quantum ad confusionem populi christiani quantumque[b] ad destructionem ecclesiarum, quibus cotidie vicina paganorum crudelitas inhiat, et totius terrę desolationem attineat, per semetipsam nos Veritas, quę Christus est, in evangelio docet, cum dicit: 'Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur et domus supra domum cadet.' Unde eminentiam vestram id summopere cavere monemus, ut nullius unquam persuasione in hac parte cuiquam assensum prebeatis vel adiutorium, ne peccatum hoc, quod absit, in vos retorqueatur neu de discidio regni illius contra vos aut regnum vestrum divina indignatio concitetur. Hoc autem vos procurare libenter volumus atque[c] consulimus, ut prefatus rex Danorum fratres suos in regnum cum caritate suscipiat et ita eis de reliquis bonis et honoribus, ubi potest, distribuat, ut nec illos indigna angustet necessitas, nec regni status labefactetur aut dignitas. *Luc. 11, 17.*

De cetero semper cogitate de spe vocationis vestræ et attenti ad ea, quę Dominus in evangelio dicit: 'Quia venient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham Ysahac et Iacob in regno cęlorum', nolite tardare currite festinate. De ultimis finibus estis, sed si curritis, si festinatis, primis patribus in regno sociati eritis. Sit cursus vester fides amor et desiderium, sit iter vestrum mundi gloriam assidue meditari esse caducam et ideo cum amaritudine potius quam *f. 158'.* delectatione tenendam. Sit | vestræ potentię usus et exercitatio subvenire oppressis defendere viduas iudicare pupillis iustitiam non solum diligere, sed etiam tota virtute defendere. His nanque vestigiis hoc thesauro his opibus de terreno ad *cf. IV, 28.* cęleste regnum, de fluxo et fragili ad certum et perenne gaudium, de caduca et transitoria ad æternam et semper mansuram pervenitur gloriam. *Matth. 8, 11.*

Deus autem omnipotens, qui dives et copiosus est in misericordia, meritis et auctoritate apostolorum Petri et Pauli et nostra per illos nobis licet indignis divinitus concessa absolvat te et omnes fideles tuos ab omnibus peccatis vestris[2]

---

b) -que *nachträglich dazwischengeschrieben R.* c) *Hier geht die Schrift deutlich mit spitzerer Feder und verändertem Duktus weiter R.*

1) *Knut IV. (1080—1086), Olaf (1086—95), Erich II. (1095—1103), Nikolaus (1103—34), Sven († 1105).* 2) *Vgl. S. 412 A. 3.*

et dirigat vos in omnem voluntatem suam, ut in hac vita vos promereri faciat, quod in æterna beatitudine multipliciter vobis adaucta corona retribuat[1]. Data Rome XVIII. Kalendas Ianuarii, Indictione II.

## VI, 14.

*Gregor VII. rechtfertigt gegenüber Herzog Welf (IV. von Bayern) seine Haltung im deutschen Thronstreit unter Hinweis auf die letzten Synodalentscheidungen.*

*Rom, 1078 Dezember 30.*

*R f. 158′:* **liber VI** <n. 14>.

*Editio Romana (1591) 3, 771 n. 14. Mansi, Conc. coll. 20, 268 n. 14. Migne, Patr. lat. 148, 523 n. 14. Jaffé, Bibl. 2, 346 n. 14. — Jaffé, Reg. 5097 (3830). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 169.*

**<Welfoni duci>**

(‖) **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Welfoni duci[2] salutem et apostolicam benedictionem. (★)

Si diligenter secundum equitatem pontificalis officii non secundum propriam voluntatem perpenditis, quę agimus, quę dicimus de communi negotio immo maxima perturbatione regni vestri, contra nos [non][a] murmurabitis, sed per viam patrum nostrorum nos incedere Deo duce meritis beati Petri apostoli cognoscetis. Perpendite, quid sanctus Spiritus per nos licet indignos dignatus est in sancta synodo hoc in anno Rome in quadragesima celebrata[3 b] statuere, et cognoscitis, quantum valeat quantum possit auctoritas et potestas beati Petri. Agite itaque omnipotenti Deo et beato Petro semper grates et non contra nos murmurando, sed beato Petro gra-
* tias referendo meliora sperate. Michi credite, fratres carissimi[4], quia, qui de falsitate[c] et calliditate non de iustitia et simplicitate confidunt, omnino decident et hos beati Petri gladius devorando confundet. Quid autem sit actum in

---

**—S. 419* Am Rand ein Notazeichen des 12. Jh.*

**14.** a) *Fehlt R. T., vgl. Z. 27.* b) -ta *korr. aus* -to *R.* c) s *korr. aus* l *R.*

1) *Über die anscheinend von Gregor persönlich stilisierten* Omnipotens Deus-*Schlußwünsche in 30 Registerbriefen vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 122.* 2) *IV., von Bayern, 1070—1101 (1077 in Ulm von Heinrich IV. abgesetzt).* 3) *Vgl. lib. V n. 14a.* 4) *Das Schreiben ist vielleicht registriert nach dem gemeinsamen Konzept für mehrere an verschiedene Empfänger gehende Exemplare samt der Adresse eines Exemplars, in dessen Originalausfertigung natürlich die entsprechende Änderung der Anrede vorgenommen worden ist (Jaffé nahm an, daß in der Adresse einige Namen ausgefallen seien). Vgl. auch lib. II, 45.*

quadragesimali synodo sive in ea, quam in mense Novembri fęcimus[1], vestri fideles qui interfuerunt et nostræ litterę vobis missę[2] indicare possunt. Vos autem de iustitia confidentes * et de beati Petri adiutorio presumentes 'confortamini in Domino et in potentia virtutis eius', quia, si fideli corde et stabili Deo adhęseritis, cito vobis victoria et pax arridebit.

*cf. I, 25, 26, II, 5, III, 15, IV, 7.* *Eph. 6, 10.*

Omnipotens Deus meritis beatę Marię cęlorum reginę per auctoritatem beati | Petri apostolorum principis mihi valde indigno commissam te tuosque omnes socios, qui iustitiam amatis et beati Petri sedem diligitis, a cunctis peccatis absolvat et ad vitam æternam perducat[3]. Data Romę III. Kalendas Ianuarii, Indictione II.

*f. 159.*

## VI, 15.

*Gregor VII. tröstet die Mönche von (St. Victor) in Marseille wegen der langen Abwesenheit ihres Abts Bernhard im päpstlichen Dienst und verheißt ihnen Vereinigung ihres Klosters mit St. Paul (in Rom) unter direkter Abhängigkeit von der römischen Kirche.*

*(Rom), 1079 Januar 2.*

*R f. 159:* **liber VI** <n. 15>.

*Editio Romana (1591) 3, 772 n. 15. Mansi, Conc. coll. 20, 269 n. 15. Migne, Patr. lat. 148, 524 n. 15. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 626 n. 96. Jaffé, Bibl. 2, 347 n. 15. — Jaffé, Reg. 5100 (3831).*

**<Fratribus Massiliensi monasterio commorantibus>**

★ **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei carissimis fratribus in monasterio Massiliensi[4] commorantibus salutem et apostolicam benedictionem.

Contristavi vos, immo beatus Petrus commovit turbavit, et ipse sanabit. Filius namque illius, abbas vester[5], venit ad nos et pro eius amore factus est obediens usque ad corporis captionem[6]. Et quia paratus fuit, si oporteret[a], mori, et ex hoc habebit retributionem. Sed sicut scitis, fratres mei, rari sunt boni, qui etiam Deo in pace serviant, sed rarissimi, qui pro illius amore persecutiones non timeant vel

*cf. Phil. 2, 8.*

---

15. [a]) *Korr. aus* oportes *et R.*

1) *N. 5 b.* 2) *Gemeint ist wohl der Brief JL. 5106, den Martens, Gregor VII. 1, S. 178 f. mit Recht (vgl. Meyer v. Knonau l. c. S. 162 A. 104) zu Ende 1078 (statt 1079: JL. 5106) setzt.* 3) *Zum Schlußwunsch vgl. n. 13.* 4) *St. Victor.* 5) *Bernhard, vgl. lib. I n. 3.* 6) *Als päpstlicher Legat, vgl. lib. V n. 7.*

qui se contra inimicos Dei indubitanter opponant. Proinde christiana relligio, heu pro dolor, pene deperiit et impiorum superbia nimis accrevit. Predictus autem pater vester re vera apostolorum principem diligens in eius acie nobis adhęsit et adiutorium Christo gubernante nobis impendit non surda aure intendens, quod dicit apostolus: 'Si fuerimus socii passionum, erimus et consolationum.' Sed quia caritas, licet ratio vos consoletur, ad dolorem vos impellit, eo quod tantum patrem tamque vobis dulcem quasi longo tempore amiseritis, rogamus vos ex parte omnipotentis Dei et amore beati Petri, patienter supportate nos, quia cito Deo adiuvante eum vobis lętum remittemus et ex hoc auctoritate beati Petri apostolorum principis nobis valde indignis commissa indulgentiam omnium peccatorum vestrorum promittimus[1] et absolutionem cum benedictione concedimus. Confidimus namque de nimia pietate Altissimi et de ineffabili clementia reginę cęlestis, quia beatus P. et P. locum vestrum amplius solito custodient et tuebuntur, qui pro illorum servitio damnum et incommodum habere videtur. Desideramus enim locum beati Pauli[2] et vestrum ita unire[3], ut, sicut iam ex longo tempore Cluniacus, apostolicę sedi specialiter adhęreat et speciali ecclesię huius adiutorio et benedictione congaudeat. Moveat vos, fratres carissimi, summa dilectio Christi, ut nos sicut vos ipsos diligatis et manum adiutorii in magna tempestate positis | porrigatis illud semper pre oculis habentes: 'Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.' Quod autem minus scripsimus, horum portitori dicenda reliquimus.

*cf. II, 9, 31, 40.*

*2. Cor. 1, 7.*

*cf. VI, 17. f. 159'.*

*Gal. 6, 2.*

Omnipotens Deus, a quo bona cuncta procedunt, meritis et intercessione Dei genitricis et virginis per auctoritatem beatis Petro et Paulo apostolorum principibus concessam vos respiciat vosque semper innovet et custodiat vobisque, quod sit novum canticum, indicet et in sancta iubilatione inflammet, ut perfecte sciatis humanam fragilitatem deflere et ineffabilem[b] Dei benignitatem cognoscere, ut in eius amore semper crescentes ad eius certam notitiam et mirabilem letitiam cęlesti matre ducente mereamini pervenire[4]. Data IIII. Nonas Ianuarii, Indictione II.

*cf. Ps. 32, 3.*

---

b) a *korr. aus* i *R.*

1) *Vgl. S. 412 A. 3.* 2) *In Rom, dessen Leiter Hildebrand selbst einst gewesen war, vgl. Scheffer-Boichorst, Ges. Schr. 1, 159 ff.* 3) *Vgl. Bertholdi Ann. 1079 (M. G. SS. 5, 324):* (Bernardum) Romae sancti Pauli aecclesiae . . . primicerium incardinavit. 4) *Zum Schlußwunsch vgl. n. 13, 14.*

## VI, 16.

*Gregor VII. beauftragt den Bischof Berengar von Gerona mit der Entscheidung der Zwistigkeiten der Grafen von Barcelona und mit der Rekonziliation seines Bruders des Erzbischofs (Wifred) von Narbonne.*

*Rom, 1079 Januar 2.*

*R f. 159'*: **liber VI** <n. 16>.

*Editio Romana (1591) 3, 773 n. 16. Mansi, Conc. coll. 20, 270 n. 16. Migne, Patr. lat. 148, 525 n. 16. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 626 n. 97. Jaffé, Bibl. 2, 348 n. 16. — Jaffé, Reg. 5101 (3832).*

<**Gerundensi episcopo**>

(★) **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo fratri Berengario Gerundensi [1] episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut per filium nostrum Massiliensem abbatem [2] didicimus, paratum esse te dicis in oboedientia et fidelitate beati Petri firmissimo animo et constanti persistere et secundum preceptum nostrum vitam tuam deinceps moresque componere cupisque et desideras pre ceteris, qui in partibus vestris sunt, nobis familiariter adhęrere. Sed et nos tibi ad suscipiendum tantę devotionis affectum sinum paternę dilectionis extendimus et modis omnibus pio circa nos amori tuo favemus, ita plane, ut et tu, sicut promittis, in amorem sancti Petri et sollicitudinem ecclesiasticę religionis et pacis christianę semper excrescas dignumque te apostolica familiaritate ex oboedientia sincerissima reddas.

Itaque in primis negotium tibi, de quo multum curamus, iniungimus. Comperimus enim, quod inter filios Raimundi Berengarii [3] per vanitatem et superbiam et maxime per consilium impiorum nimirum ex invidia diaboli discordia oritur. Et ego inde nimis contristor tum pro amore patris eorum, qui me satis, ex quo cognovit, dilexit, tum etiam quia super christianam gentem, quę in partibus illis magno impiorum Sarracenorum odio laborare dinoscitur, grave sentio periculum imminere. Unde precipimus tibi, ut adiunctis tecum religiosis vicinis tuis abbatibus, scilicet Tomeriense [4] Ripollense [5] et sancti
*f. 160.* Cucufati [6], et quoscumque | alios Deum timentes clericos vel

1) *Gerona, 1050—93.* 2) *Bernhard, s. n. 15.* 3) *Raimund Berengar II. und Berengar Raimund II., die Söhne des Grafen Raimund Berengar I. von Barcelona.* 4) *St. Pons de Thomières, Frotard, s. lib. IV n. 28.* 5) *Ripoll, Diöz. Vich, Bernhard.* 6) *San Cucufate del Vallès, Diöz. Barcelona, Berengar.*

laicos poteris invenire, pacem inter illos reformare et componere studeas. Quodsi adquiescere monitis vestris forte noluerint, ostensis eis presentibus litteris ad tenendam eos treuvam firmissimam usque ad determinatum tempus ex auctoritate nostra constringite, infra quod nos tales illuc ex latere nostro nuntios dirigamus, qui causam litis eorum ita iuste diffiniant, ut non se ad gratiam alicuius nec pretio nec favore deflectant. *cf. II, 5, 6 45.* Porro hoc illis debes firmiter inculcare, quia, si nobis inoboedientes extiterint et in fraterno odio remanere diabolo instigante maluerint, illi quidem, ex cuius culpa vel superbia pax ista remanserit, gratiam sancti Petri auferimus[1] eumque sicut membrum diaboli et desolatorem christianę religionis cum omnibus fautoribus suis festinabimus a communione christianę societatis abscidere, ita ut nullam deinceps victoriam in bello, nullam prosperitatem habere possit in seculo; alteri vero, qui humiliter paci consenserit debitamque[a] oboedientiam apostolicę sedi exhibuerit, statuemus ex gratia sancti Petri inexpugnabile apostolici favoris auxilium eumque, sicut filium sanctę Romanę ecclesię condecet, ad obtinendam[b] hęreditatem dignitatemque paternam modis omnibus procurabimus adiuvare et omnibus christianis in partibus illis, ut ei faveant eumque ad obtinendum principatum adiuvent, apostolica auctoritate precipiemus. *cf. V, 15, VII, 14a.* Quicquid autem de hoc a te inter eos diffinitum fuerit, quantotius nobis litteris intimare[c], immo, si oportunum fuerit, te ipsum nobis representare curabis.

Preterea de fratre tuo Narbonensi[2] magis, quam actenus[d] fueris, volo te esse sollicitum, quia ego satis de perditione illius doleo et miror, si tu illum, cui gemina germanitate[e] cohęres, ad salutem non studes reducere, cum scias, quia pro sola vel carnali vel spirituali affinitate alicuius christianus homo in tanti periculo articuli se ipsum debet opponere. Age ergo et fraterna caritate succensus illum ex nostræ fiducia admonitionis aggredere commemorans illi et preteritos longevę ętatis excessus et propinquum iam sibi divinę ultionis imminere | iudicium, si forte possis eum ab ipso mortis æternę *f. 166'.* limine revocare et de salute fratris non solum cordis gaudium,

---

**16.** a) de- *korr. aus* di- *R.* b) a *korr. aus* u *R.* c) a *in Korrektur R.* d) h- *über der Zeile nachträglich hinzugefügt R;* actenus *T.* e) germa- *korr. aus* germe- *R.*

1) *Zu dieser Formel (s. auch VI, 25, 26, VII, 1, 4, 14a, 19, 24, VIII, 2, 15, IX, 27 und Bd. 1, Nachträge) vgl. Köstler, Huldentzug als Strafe (Kirchenrechtl. Abh. hsgg. von Stutz 62, 1910) S. 67 ff.* 2) *Wifred, der auf mehreren römischen Synoden gebannt worden war, vgl. lib. III, 10a, V, 14a, VI, 5b, 17a.*

verum etiam maximum æternę retributionis a divina largitate premium promereri[f]. Data <Rome[g]> IIII. Nonas Ianuarii, Indictione[h] II.

## VI, 17.

*Gregor VII. tadelt Abt Hugo von Cluny wegen der Aufnahme des Herzogs (Hugo I. von Burgund) in sein Kloster.*

*Rom, 1079 Januar 2.*

*R. f. 160′:* liber VI <n. 17>.

*Editio Romana (1591) 3, 774 n. 17. Mansi, Conc. coll. 20, 271 n. 17. Migne, Patr. lat. 148, 526 n. 17. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 628 n. 98. Jaffé, Bibl. 2, 350 n. 17. — Jaffé, Reg. 5102 (3833).*

<Cluniacensi abbati>

★ **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei H[a] venerabili Cluniacensi abbati et carissimo fratri[b] salutem et apostolicam benedictionem.

Si Romani ad vestras partes sicut vestrates ad nos sępe venirent, frequentius tibi litteris seu verbis, qualiter circa nos geruntur quę terrena sunt vel cęlestia, indicaremus. Sed quia, dum satis intendis aulicos nutrire, de rusticis parum tibi est curæ, inter hec debes ad memoriam reducere, *cf. II, 49, V, 21.* quia pauper noster et pius Redemptor sic in cęlo angelos pascebat, ut in terris peccatores non despiceret, sed etiam cum eis cibum sumeret. Cur, frater carissime, non *cf. Matth. 9, 11.* perpendis non consideras, in quanto periculo in quanta miseria sancta versatur ecclesia? Ubi sunt, qui se sponte pro amore Dei opponant periculis resistant impiis et pro iustitia et veritate non timeant mortem subire? Ecce qui Deum videntur timere vel amare, de bello Christi fugiunt salutem fratrum postponunt et se ipsos tantum amantes *cf. II 5, III, 4.* quietem requirunt. Fugiunt pastores fugiunt et canes, gregum defensores, invadunt oves Christi nullo contradicente lupi latrones. Tulisti vel recepisti ducem[1] in Cluniacensem quietem et fecisti, ut centum milia christianorum careant custode[c]. Quodsi nostra exhortatio apud te parum valuit et *cf. Jo. 10, 12. 13.*

---

f) *Korr. aus* mereri *R.* g) *Über der Zeile hinzugefügt R, doch nicht vom Registrator (so Peitz S. 319 A. 2), da es in T fehlt.* h) o *über Rasur von* t *R.*

17. a) *Anscheinend nachträglich in vorher gelassene Lücke eingetragen R, vgl. Peitz S. 62.* b) *Es folgt ein ausradiertes* H. *R, vgl. ebenda.* c) *Korr. aus* custodē *R.*

1) *Hugo I. von Burgund, 1075—78, Enkel und Nachfolger Roberts I. (1032—75).*

apostolicę sedis preceptum oboedientiam in te, ut te decet, non invenit, cur gemitus pauperum lacrime viduarum devastatio ecclesiarum clamor orfanorum dolor et murmur sacerdotum et monachorum te non terruerunt, ut illud[d] quod
*1. Cor. 13, 5.* apostolus dicit non postponeres, videlicet: 'Caritas non, quę
*Rom. 13, 8.* sua sunt, quęrit', et illud in corde, ut soles, haberes: 'Qui diligit proximum, legem implevit?' Quid tibi dicent beatus Benedictus et Gregorius, quorum alter[1] precipit, ut per annum probetur novitius, alter[2] vero prohibet, ut ante triennium miles non efficiatur monachus? Hęc ideo | dicimus, *f. 161.* quia, quod vix aliquis princeps bonus invenitur, dolemus. Monachi vero Deo miserante sacerdotes et milites et non pauci pauperes per diversa loca, qui Deum timeant, repperiuntur; principes[e] autem Deum timentes et amantes vix in toto[f] occidente aliqui inveniuntur[3]. Omittimus iam de[g] hac re tibi scribere, quia confido de misericordia Dei, caritas Christi, quę in te solet habitare, me vindicando cor tuum transfodiet et, quantus michi[h] dolor esse debeat de bono principe ablato matri suę, ostendet. Quodsi non illo peior ei successit[4] in regimine, possumus habere consolationem. Preterea monemus fraternitatem tuam, ut in talibus cautius te
*cf. Luc. 10, 27.* habeas omnibusque virtutibus dilectionem Dei et proximi preponas. Hęc etiam te compellat, ut manum orationis nobis *cf. VI, 15.* porrigas omnesque fratres tibi creditos ad hoc provocare studeas, ut merearis de virtute in virtutem proficere et ad perfectionem summe caritatis pervenire. Data Rome IIII. Nonas Ianuarii, Indictione II.

---

d) *Es folgt eine Rasur von drei Viertel Zeilen Länge R (nicht eine unausgefüllte Lücke, wie Giesebrecht, De registro emendando p. 33 N. 4 sagt).* e) *Korr. aus* princeps *R.* f) *Es folgt* mundo *durchstrichen R.* g) iam de *zweimal geschrieben, vor und nach einem Loch im Pergament an dieser Stelle; einmal durchstrichen.* h) c *über der Zeile hinzugefügt R.*

1) *Regula s. Benedicti c. 58 (ed. Butler 1912 S. 99).* 2) *Gregorii I Registr. lib. VIII, 10 (M. G. Epp. 2, 12).* 3) *Vgl. die ähnlich pessimistisch lautenden Urteile in II, 49, IV, 1, VIII, 21, IX, 2.* 4) *Eudo I., Hugos Bruder.*

## VI, 17a.

*Protokoll der römischen Fastensynode von 1079.*
*Rom, 1079 Februar 11.*

*R f. 161:* **liber VI** *(ohne Nummer) = Vita Gregorii VII., Lib. pont. (ed. Duchesne 2, 285) (Einl. (gekürzt), 1—3), = Hugo v. Flavigny, Chron. lib. II (M. G. SS. 8, 443) (Einl. gekürzt, 1), = Paul v. Bernried, Vita Gregorii VII. c. 102—104 (ed. Gretser, Opp. 6, 156) (2, 3), = Cambridge University Library Cod. 1797 (Ji III, 33) (12. Jahrh.) f. 195 (vgl. Catalogue of the mss. preserved in the library of the Univ. of Cambridge 3, 435) (Einl., 1)*[1].

*Editio Romana (1591) 3, 775. Mansi, Coll. can. 20, 523. Migne, Patr. lat. 148, 809. Jaffé, Bibl. 2, 352 n. 17a. M. G. Const. 1, 553 n. 389 (Einl., 2—6). — Jaffé, Reg.*[2] *1, 629; vgl. Giesebrecht in Münch. hist. Jahrb. 2, 141, Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 171ff., Lübberstedt, Stellung d. deutchen Klerus auf d. päpstl. Generalkonzilien, Diss. Greifswald 1911 S. 58ff.*

‖ Anno ab incarnatione sempiterni principii millesimo LXXVIIII., mense Februarii, indictione II., pontificatus vero domini **GREGORII** universalis pontificis[2] VII. anno VI. Ad honorem Dei et hedificationem sanctę ecclesię salutem quoque tam corporum quam animarum ex precepto sedis apostolicę convenerunt finitimi et diversarum provinciarum archiepiscopi episcopi religioseque personę, ut sanctam synodum celebrarent.

(1.) Omnibus igitur in ecclesia Salvatoris congregatis habitus est sermo de corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi multis hęc, nonnullis illa prius sentientibus. Maxima siquidem pars panem et vinum per[a] sacrę orationis verba et sacerdotis consecrationem Spiritu sancto invisibiliter operante converti substantialiter in corpus Dominicum de virgine natum, quod et in cruce pependit, et in sanguinem, qui de

---

17a. a) *Es folgt Rasur von 2—3 Buchstaben R.*

1) *Die Berengar betreffenden Teile des Protokolls (Einl., 1) sind ferner in Kanonessammlungen übergegangen: 1. in einige Hss. (Cotton Claudius E V, 12. Jahrh., f. 244'; Cambridge University Library Dd I, 10; Brit. Mus. Bibl. regia 11 D VIII) der auf Lanfranc von Canterbury zurückzuführenden englischen Rezension der pseudoisidorischen Dekretalen, vgl. H. Boehmer, Die Fälschungen Lanfrancs von Canterbury, in Stud. z. Gesch. d. Theol. u. Kirche 8 (Leipzig 1902) S. 61ff. (insbes. S. 62 A. 2); 2. in eine Kanonessammlung des 12. Jahrh. in Rouen E 11/6, vgl. Archiv 8, 369, M. G. Const. 1, 553 A. 1, hier mit anschließenden Kanones:* Statuimus ut si quis symoniace ordinatus fuerit ab officio omnino cadat, quod illicite usurpavit; vel si quis — Sane regibus et principibus faciendae iusticiae facultatem consultis archiepiscopis et episcopis non negamus, *die jedoch nicht zum Protokoll der Fastensynode 1079 gehören; 3. in die Fortsetzungen zweier englischer Hss. des Liber pontificalis (Canterbury University Library Kk IV, 6 [2021]; London Brit. Mus. Harley n. 633), vgl. Levison, in N. A. 35, 392.* 2) *Vgl. lib. II. 55a.*

eius latere militis effusus est lancea, asserebat atque auctoritatibus[b] orthodoxorum sanctorum patrum tam Grecorum quam Latinorum[b] modis omnibus defendebat. Quidam vero cecitate nimia et longa perculsi figura | tantum[c] se et alios[d] *f. 161r.* decipientes quibusdam cavillationibus conabantur astruere. Verum ubi cępit res agi, prius etiam quam tertia die ventum fuerit in synodum, defecit contra veritatem niti pars altera. Nempe sancti Spiritus ignis emolumenta palearum consumens et fulgore suo falsam lucem diverberando obtenebrans noctis caliginem vertit in lucem. Denique Beringarius, huius erroris magister, post longo tempore dogmatizatam[e] impietatem[f] errasse se coram concilio frequenti confessus veniamque postulans et orans ex apostolica clementia meruit. Iuravitque sicut in consequentibus continetur.

**Iusiurandum[g] Beringarii Turonensis presbyteri[g] [1].**

„EGo Beringarius corde credo et ore confiteor panem et „vinum, quę ponuntur in altari, per mysterium[h] sacrę orationis „et verba nostri Redemptoris substantialiter converti in veram „et propriam ac vivificatricem carnem et sanguinem Iesu Christi

---

[b—b] *Von Hand des Korr. am Rand hinzugefügt an Stelle der im Text getilgten Worte* rationibus tam Grecis quam Latinis *R, vgl. Peitz S. 82 f., N. A. 38, 182.* [c]) *Es folgt* quę substantiale illud corpus in dextera patris sedens esse *getilgt R.* [d]) *Korr. aus* seque aliosque *von Hand des Korr., vgl. Peitz S. 83 f. (Irrig die Lesung Giesebrechts, De registro emendando p. 42 und Jaffés* se aliosque.*)* [e]) -tam *korr. aus* -tum *von Hand des Korr.* [f]) *Über der Zeile vom Korr. an Stelle von getilgtem* facinus *des Textes R.* [g—g]) *Fehlt in T.* [h]) *Korr. aus* ministerium *R,* misterium *T.*

*Varianten der Eintragung des Eides III, 17a*:* 19 et propriam] ac propriam

1) *Der Eid Berengars (vgl. auch das Duplikat lib. III, 17a*) auch bei Albinus lib. X, 59 (ed. Fabre-Duchesne, Lib. censuum 2, 95) mit dem Lemma:* Ex registro Gregorii VII papae libro III cap. XXI. *Trotz dieser Verweisung auf lib. III, 17a* ist nicht der dortige, sondern vielmehr der vorliegende Text (bis S. 427 Z. 15* recesserant*) wiedergegeben. Dagegen gibt der in Cod. lat. 1458, Paris Bibl. nation. überlieferte Text den Berengareid von 1059 im Anschluß an die Konzilsbeschlüsse von 1059 wieder, wie die Überschrift laut Catalogus Cod. mss. bibl. regiae 3 (1744) p. 118 sagt, und nicht denjenigen von 1079, wie Wolf v. Glanvell Deusdedit Coll. can. Einleitung S. XXVII versehentlich behauptet. Das gleiche gilt von dem Berengareid bei Gratian c. 42 De cons. dist. 2, auf welche Stelle eine moderne Hand am Rand des Registereides irrig verweist. — Zur Sache vgl. die Schilderung des Prozesses durch Berengar selbst,* Acta concilii Romani sub Gregorio VII. in causa Berengarii conscripta *(ed. Martène et Durand Thesaurus novus anecdot. 4, 103 ff. = Mansi 19, 761), dazu Schwabe, Stud. z. Gesch. d. 2. Abendmahlstreits (1887) S. 119 ff.; Schnitzer, Berengar von Tours (1890) S. 99 ff., Bröcking in Zeitschr. f. Kirchengesch. 13, 169 ff. — Vgl. endlich den Geleitsbrief zur Rückkehr Berengars JL. 5103.*

„domini nostri et post consecrationem esse verum Christi „corpus, quod natum est de virgine et quod pro salute mundi „oblatum in cruce pependit et quod sedet ad dexteram Patris, „et verum sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est, „non tantum per signum et virtutem sacramenti, sed in pro„prietate naturę et veritate substantię. Sicut in hoc brevi „continetur et ego legi et vos intelligitis, sic credo nec „contra hanc fidem ulterius docebo. Sic[1] me Deus adiuvet et „hec sacra evangelia[i]."

Tunc[k] domnus papa prȩcepit Berengario ex auctoritate Omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ut de corpore[l] et sanguine Domini nunquam ulterius cum aliquo disputare vel[m] aliquem docere[m] prȩsumeret, excepto causa reducendi ad hanc fidem eos, qui per eius doctrinam ab ea recesserant.

(2.) His itaque pię et feliciter actis inter multas proclamationes conquesti sunt legati regis Rodulfi super Heinrico[n], quod nulli loco nullique personę parcens religionem[o] transalpinam[p] contereret et conculcaret, neminem debitus honor vel reverentia vel dignitas tueretur et ceu vilia[q] mancipia
*l. 162* non modo sacerdotes sed etiam episcopi archi | episcopi caperentur vinculisque[r] manciparentur partimque etiam[s] trucidarentur. Decreverunt ergo quamplures concilii in illius tyrannidem gladium apostolicum debere evaginari, sed distulit apostolica mansuetudo[1]. Iuraverunt igitur legati Heinrici regis illud, quod in sequentibus scriptum repperitur.

---

i—i) *Auf Rasur des ursprünglichen Textes, der, drei Zeilen umfassend, den oben lib. III, 17a* mitgeteilten, dort nur durch Streichung getilgten Wortlaut hatte, vgl. zu dieser und den folgenden Korrekturen Peitz S. 82 ff., N. A. 38, 178 ff. — Der folgende Absatz (Z. 10—15) ist vom Registrator nachträglich am unteren Rande des Blattes hinzugefügt, vgl. ebenda.* k) *Vom Korr. über der Zeile geschrieben an Stelle von getilgtem* Postea *des Textes.* l) *Korr. aus* corp' *R.* m—m) *Über der Zeile hinzugefügt R.* n) -co *korr. aus* -cū *R.* o) *So R. T; Jaffé korr.* regionem; *doch vgl. Peitz S. 153 N. 1 und V, 15b n. 8:* religio conculcatur. p) l *korr. aus* b *R.* q) -a *über der Zeile hinzugefügt R.* r) -que *über der Zeile hinzugefügt R.* s) *Über der Zeile hinzugefügt vom Korr.; vgl. Peitz S. 292 A. 3.*

*Varianten der Eintragung des Eides III, 17a* (f.):* 8 docebo] docebo excepta causa reducendi ad viam veritatis eos, qui per meam doctrinam ab hac fide recesserunt aut exponendi fidem, quam hactenus tenui his qui me interrogaverint *(nachträglich durchstrichen).*

1) *Hier schiebt Paul v. Bernried l. c. ein:* simul et illud attendens, quod Petro Albanensi et Altmanno Pataviensi episcopis de eodem negotio scribens inter cetera dicit: Sic vos utrique — acturos nos esse confidimus *(Auszug aus JL. 5137).*

**Sacramentum[s] nuntiorum Heinrici regis[s][1].**

„LEgati domini mei regis ad vos venient infra terminum „ascensionis Domini, exceptis legitimis soniis[2], id est morte „vel gravi infirmitate vel captione absque dolo, qui legatos „Romanę sedis secure ducent et reducent; et domnus rex „oboediens erit illis in omnibus secundum iustitiam et iudi- „cium illorum; et hęc omnia observabit absque dolo, nisi „quantum ex iussione vestra remanserit; et hęc iuro ex „precepto domini mei regis HEINRICI.“

**(3.) Item[s] iusiurandum nuntiorum Rodulfi regis[s].**

Itidemque Rodulfi quod sequitur:

„Si colloquium ex vestro precepto constitutum fuerit „in partibus Teutonicis loco et tempore a vobis definito ante „presentiam vestram vel legatorum vestrorum, dominus noster „Rex Rodulfus vel ipse veniet vel episcopos et fideles suos „mittet paratusque erit iudicium, quod sancta Romana eccle- „sia decreverit de causa regni, subire nulloque malo ingenio „conventum a vobis sive legatis vestris constitutum impediet „et, postquam certum inde vestrum nuntium videbit de pace „in regno statuenda et confirmanda, studebit, ut legatio „vestra provenire ad pacem regni et concordiam possit. Hęc „omnia observabuntur, nisi quantum ex vestra certa licentia „remanserit vel ex impedimento legitimo, scilicet morte vel „gravi infirmitate vel captione, sine dolo.“

**(4.) Sacramentum[s] archiepiscopi Aquileiensis[s].**

Iuravit item eodem tempore archiepiscopus Aquileiensis Heinricus[3] secundum hæc verba:

„Ab hac hora et inantea fidelis ero et oboediens beato „Petro et papę **GREGORIO** suisque successoribus, qui per „meliores cardinales intraverint. Non ero in consilio neque „in facto, | ut vitam aut membra aut papatum perdant aut *f. 162r.* „capti sint mala captione. Ad synodum, ad quam me voca- „bunt vel per se vel per suos nuntios vel per suas litteras, „veniam et canonice oboediam, aut, si non potero, legatos

---

[s—s]) *Fehlt in T.*

1) *Vgl. zu diesem Eide die Rede des Gesandten Heinrichs IV. (M.G. Const. 1, 552 n. 388).* 2) *Im Lib. pontif. l. c. ist dieser germanisch-rechtliche Terminus für gerichtliche Behinderung* (sunnis) *ersetzt durch* excepta maiore vi. *Vgl. auch Z. 23.* 3) *Vgl. n. 5b.*

„meos mittam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri „adiutor ero ad tenendum et defendendum salvo meo or- „dine. Consilium vero, quod michi crediderint per se aut „per nuntios suos[t] sive per litteras, nulli pandam me sciente „ad eorum damnum. Legatum Romanum eundo et redeundo „honorifice tractabo et in necessitatibus suis adiuvabo. His, „quos nominatim excommunicaverint, scienter non communi- „cabo[1]. Romanam ecclesiam per secularem militiam fide- „liter adiuvabo, cum invitatus fuero. Hęc omnia observabo, „nisi quantum sua certa licentia remanserit.“

(5.) Excommunicati sunt in eadem synodo sine spe recuperationis archiepiscopus Narbonensis[2], Tedaldus dictus archiepiscopus Mediolanensis[3], Sigefredus dictus episcopus Bononiensis[4], Rolandus Tarvisiensis[5], item episcopi Firmanus[6] et Camerinus[7], hi omnes cum sequacibus suis tam clericis quam etiam laicis.

### (6.) Sacramentum[u] Regiensis episcopi[u].

„Ego[v] Gandulfus Regiensem episcopatum[8] contra inter- „dictum vestrum aut vestri legati octo diebus non tenebo, „neque aliquo inveniam studio, quo vestre legationi resistatur. „Sic me Deus adiuvet et hęc sacra evangelia.“

## VI, 18.

*Gregor VII. befiehlt dem Bischof Eberhard von Parma, den von ihm auf der Reise nach Rom verhafteten Abt (Ekkehard von Reichenau) unverzüglich zur Markgräfin Mathilde geleiten zu lassen.*

*(Rom), 1079 Februar 14.*

*R f. 162[1]:* <liber VI> <n. 18>.

*Editio Romana (1591) 3, 778 n. 18. Mansi, Conc. coll. 20, 272 n. 18. Migne, Patr. lat. 148, 527 n. 18. Jaffé, Bibl. 2, 355 n. 18. — Jaffé, Reg. 5104 (3835). Kehr, Italia pontificia 5, 417 n. 11. — Vgl. Meyer von Knonau, Jahrb. 3, 186.*

---

t) *Durch Umstellungszeichen korr. aus* suos nuntios *R.* u—u) *Fehlt in T.* v) *Das Folgende Nachtrag in vorher gelassene Lücke, vgl. N. A. 38, 179 A. 2, Peitz II S. 142 f.*

1) *Nach dem Bericht der Ann. Bertholdi 1079 (M. G. SS. 5, 317) beschwor er außerdem, bei seiner Erhebung durch Heinrich IV. (1077) das Verbot der Fastensynode 1075 gegen Laieninvestitur nicht gekannt zu haben, vgl. dazu lib. IV, 22, V, 18.* 2) *Wifred, vgl. n. 16.* 3) *Vgl. lib. V, 14a.* 4) *Vgl. Schwartz, Bistümer Reichsitaliens S. 164.* 5) *Vgl. lib. V, 14a.* 6) *Wolfgang, vgl. lib. III, 10.* 7) *Hugo I., seit 1059, vgl. Schwartz l. c. S. 229.* 8) *Reggio-Emilia, 1065—85.*

**<Parmensi episcopo>**

(||) **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Eurardo Parmensi episcopo[1].

Diu est, quod te pure et sincera caritate dileximus; sed quod abbatem[2] ad nos venientem et ad sanctam synodum properantem cepisti, non equam vicem dilectioni nostre reddidisti. Magnum quidem facinus et officio tuo indignum cuius nescio iussu vel instinctu contra talem virum presumpsisti, qui, si quid tibi deberet, tamen, quia ad nos veniebat, teneri non meruit. Quapropter apostolica auctoritate precipimus tibi, ut, si nondum dimisisti eum, acceptis his litteris continuo cum honore perduci facias ad Mathildim[3]. Interim vero ab episcopali officio propter hoc, quod illum remoratus es, abstineas, usque quo ad nos ipse venias; sin autem, quod non speramus, neque his mandatis nostris, | ut dimittas scilicet, obtemperare volueris, ecclesie introitum omnino tibi ex parte beati Petri interdicimus. Data in synodo XVI. Kalendas Martii, Indictione II. *f. 163a.*

## VI, 19.

*Gregor VII. bedroht die Ministerialen der Bamberger Kirche gemäß Synodalbeschluß mit Exkommunikation, wenn sie nicht die unrechtmäßig besessenen Kirchengüter herausgäben. (Rom), 1079 Februar 17.*

*R f. (163):* <liber VI> <n. 19>.

*Editio Romana (1591) 3, 778 n. 19. Mansi, Conc. coll. 20, 273 n. 19. Migne, Patr. lat. 148, 528 n. 19. Jaffé, Bibl. 2, 356 n. 19. — Jaffé, Reg. 5105 (3836). Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 187.*

**<Militibus Banbergensis ecclesie>**

GRegorius episcopus servus servorum Dei Hirimanno[a] Odelrico[b] Frederico Mazelino Heroldo Wirintoni Goteboldo militibus Babenbergensis ecclesię.

---

18. [a]) *Das folgende Blatt f. 163. 163' ist die zweite Hälfte des Ersatzblattes f. 156. 156', vgl. oben lib. VI, 9 N. c.*

19. [a]) Herimanno *T.* [b]) O *am Rand notiert R*;* Ulderico *T.*

1) *C. 1072—85, vgl. Schwartz, Bistümer Reichsitaliens S. 187.* 2) *Ekkehard von Reichenau, vgl. lib. I n. 82 und Bertholdi Ann. 1079 (M. G. SS. 5, 317), Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 196.* 3) *Vgl. Casus s. Galli (M. G. SS. 2, 157):* Sed post satis longam captionem pape et Mathildis comitisse adiutorio est liberatus. *Über die weitere Entwickelung der Angelegenheit vgl. JL. 5137.*

Intelleximus iam diu, quod vos, scilicet Haremanne et Odelrice[c], accepistis[d] bona ipsius ecclesię pro introitu Babenbergensis episcopi He[e.1] iam depositi quodque vos, Frederice Mazeline Herolde Wirinto, post illius excommunicationem ab hac sede bona eiusdem ecclesię ab eo similiter accepistis; intelleximus etiam te, Gotebolde, quando captus tenebatur episcopus[2], iam memoratę ecclesię bona de manu regis accepisse. Sciatis igitur in eo concilio, quod nuper celebravimus[3], ita diffinitum esse, ut, nisi infra terminum XX dierum, postquam hęc legationis nostrę verba ad vestras aures pervenerint, res iamdictę ecclesię, quas iniuste detinetis, aut reddideritis aut de manu episcopi acceperitis, periculo excommunicationis subiaceatis[f]; si vero resipiscentes[g] ad episcopum veneritis et sepe nominata bona restitueritis, liceat episcopo vos excommunicationis vinculo solvere. Data in[h] synodo XIII.[i] Kalendas Martii, Indictione II.

## VI, 20.

*Gregor VII. belobt den Grafen Centullus (von Béarn) wegen seiner Frömmigkeit und mahnt ihn zur Buße vor den päpstlichen Legaten wegen seiner unkanonischen Ehe.*
*Rom, 1079[4] Februar 25.*

*R f. (163):* <liber VI> <n. 20>.

*Editio Romana (1591) 3, 779 n. 20. Mansi, Conc. coll. 20, 273 n. 20. Migne, Patr. lat. 148, 528 n. 20. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 628 n. 99. Jaffé, Bibl. 2, 357 n. 20. — Jaffé, Reg. 5111 (3841).*

<**Centullo comiti salutem**>

GRegorius episcopus servus servorum Dei Centullo comiti[5] salutem et apostolicam benedictionem.

---

c) Hulderice *T.* d) accepisti *T.* e) *In R* ist eine Lücke nach dem abgekürzten Namen gelassen, vgl. Peitz S. 60; in T ist* he *über der Zeile nachgetragen.* f) *Korr. aus* subiacebitis *R**, subiaceatis *T.* g) si- *über der Zeile nachgetragen R*.* h) *Fehlt in T.* i) *Korr. aus* XIIII *R* (vgl. Peitz S. 319 A. 3);* XIII *T.*

1) *Hermann, vgl. lib. III n. 1–3.* 2) *Rupert, 1075–1102, den Herzog Welf IV. von Bayern von Weihnachten 1076 bis 24. August 1077 gefangen gehalten hatte, vgl. Lampert, Ann. 1077 (ed. Holder-Egger p. 289).* 3) *N. 17a. Die folgende Entscheidung ist im Synodalprotokoll des Registers nicht verzeichnet.* 4) *Gegen die willkürliche Umdatierung auf 1074 mittels Emendation von* indictione II *in* XI *bei Jaurgain, La Vasconie 2, 541, vgl. Degert in Revue des questions hist. 84, 55 A. 3.* 5) *IV., von Béarn, vgl. Lühe, Hugo von Die, Diss. Straßburg 1898 S. 142 ff.*

Audivimus de te per tales, quibus fidem habemus, ea, quę christianum principem bonis omnibus debeant commendare, quia sis videlicet amator iustitię defensor pauperum et propagator pacis. Unde te in dilectionem et gratiam sicut filium ecclesię Romanę suscipimus et, ut in bonis ceptis de die in diem proficere studeas, ammonemus. Tamen reprehensibile quiddam in te esse cognovimus, quia scilicet consanguineam tuam[1] habes uxorem. Et inde nimis cavendum tibi est, ne ex occasione culpę istius cętera quęcunque agis bona dispereant. Age ergo et secundum consilium Amati episcopi Elorensis[2] et Bernardi Massiliensis[a] abbatis[3], si quidem ad vestras partes poterit pervenire[4], predictum reatum emendare et penitentiam inde agere stude, ne pro hoc animam tuam perdas et nobilem feminam, quę sub tutela tua est commissa, confundas. Ante omnia ecclesiam Dei venerari semper et honorare atque defendere stude et episcopis quasi patribus tuis reverentiam et obędientiam exhibe[b], sciasque[c] pro hoc te et in hoc sęculo maiorem gloriam et in futuro vitam promereri perpetuam. Si facultas tibi esset veniendi ad nos, desideramus te videre ac plenius de | *f. 163'.* animę tuę salute instruere[d.5]. Data[e] Rome V. Kalendas Martii, Indictione II.

## VI, 21.

*Gregor VII. gibt Klerus und Volk von Arles Weisungen für die Neuwahl eines Erzbischofs. Rom, 1079 März 1.*

*R f. (163'):* <liber> VI <n. 21>.

*Editio Romana (1591) 3, 779 n. 21. Mansi, Conc. coll. 20, 274 n. 21. Migne, Patr. lat. 148, 529 n. 21. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 629 n. 100. Jaffé, Bibl. 2, 358 n. 21. — Jaffé, Reg. 5112 (3842).*

**<Clero et populo Arelatensis ecclesie>**

GRegorius episcopus servus servorum Dei universo clero et populo Arelatensis[a] ecclesię salutem et apostolicam benedictionem.

---

**20.** a) *T;* Maxiliensis *R**. b) h *über der Zeile hinzugefügt R**. c) *T;* Scias quod *R**. d) infervere *T*. e) *Korr. aus* Date *R**.

**21.** a) r *korr. aus* l *R**.

1) *Gisela.* 2) *Vgl. lib. IV n. 28.* 3) *Vgl. n. 15.* 4) *Er starb schon am 20. Juli und erhielt seinen Bruder Richard zum Nachfolger, vgl. VII, 7.* 5) *Daß Centullus der päpstlichen Mahnung Folge leistete, ergibt sich aus seiner Urkunde im Cartulaire de Ste. Foi de Morlaas, ed. Cadier (1884) p. 1.*

Quoniam sublata pastorali custodia gregi non parva pericula imminere perpendimus, multa pro vobis sollicitudine angimur, multo dolore compungimur, quod ecclesiam vestram tandiu vigilantia pastoris et regimine idonei gubernatoris destitutam[1] esse cognoscimus. Quod in hac re minus quam oportet vos esse sollicitos, immo quasi proprię salutis oblitos nulla pene[b] cura vel affectione permotos deprehendimus, maioris nobis tristitię causa consistit, quoniam pernitiosius fere nichil est, quam contra mala urguentia nulla ratione consurgere et suę saluti in suppremo discrimine aut nescire aut nolle[2] consulere. His itaque curis ac tantę desolationis vestrę causa stimulante misimus ad vos fratrem nostrum, videlicet Leodegarium Wapicensem episcopum[3], quatenus cum illius consilio aut talem personam secundum Deum eligatis, quam vicarius noster Hugo Diensis episcopus[4] litteris suis nobis commendet, aut, si apud vos, quod credimus, tanto regimini digna inveniri[c] non potest, in manu fratris nostri Leodegarii Wapicensis episcopi firmetis illum vos suscipere in pastorem, quem consecratum et honore pallii insignitum vobis ex parte sancti Petri miserimus[d]. Cogitare enim debetis, quoniam secundum electionem gratiæ Dei de numero ovium[e] Christi estis et nequaquam secure vivetis, nisi, qui eius vice vobis presit[f] et contra incursus callidi insidiatoris
f. 164. assidua[g] | circumspectione[h] auxiliante Deo vos muniat, habeatis. Agite ergo, ne quis vos ad prospiciendum de honore ecclesię vestrę et communi saluti animarum vestrarum impedire valeat et ne visitatio legationis nostrę frustra ad vos facta esse videatur, per quam vobis caritas nostra representatur et auctoritas, scientes quoniam, quicquid ex utroque Deo auctore debemus et possumus, ad profectum

---

*—* *Am Rand ein* Notazeichen *des 12. Jh.*

b) *Korr. aus* pena *R*.* c) persona *von andrer Hand über der Zeile ergänzt R*; fehlt in T.* d) -ri- *korr. aus* -ru- *R*.* e) omnium *T.* f) p̄ssit *R**, presit vobis *T.* g) *Wegen des engeren Duktus der jüngeren Hand ist f. 163' fast zur Hälfte leer geblieben, vgl. oben n. 12 N.* i. h) *Nach* -cum- *Rasur zweier Buchstaben R.*

1) *Erzbischof Aicard war als Anhänger Heinrichs IV. im Bann und wurde von dem Legaten Hugo v. Die auf der Synode von Avignon 1080 abgesetzt und durch Gibilinus ersetzt; vgl. Hugo v. Flavigny, Chron. lib. II (M.G. SS. 8, 422). Der Papst bestätigte 1081 die Absetzung, vgl. lib. VIII, 20a.* 2) *Vgl. Gregor I., Moral. 25, 11 (Migne 76, 340):* Aliud est nescisse, aliud scire noluisse. Nescire enim ignorantia, scire noluisse superbia. 3) *Gap, c. 1075—84.* 4) *Vgl. n. 7.*

vestrum vobis exhibere promptam et indefessam voluntatem gerimus. Cętera, quę dicenda sunt, fratri nostro Leodegario iniunximus, cuius legationi, quantum ad hoc pertinet negotium, ita volo, ut credatis, ac si a nobis viva voče in auribus vestris dicerentur. Data Rome Kalendis Martii, Indictione II.

## VI, 22.

*Gregor VII. schreibt der (Markgräfin) Mathilde (von Tuscien) über verschiedene Angelegenheiten.*

*Rom, 1079 März 3.*

*R f. 164:* liber VI <n. 22>.

*Editio Romana (1591) 3, 780 n. 22. Mansi, Conc. coll. 20, 274 n. 22. Migne, Patr. lat. 148, 530 n. 22. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 629 n. 101. Jaffé, Bibl. 2, 359 n. 22. — Jaffé, Reg. 5113 (3843). Overmann, Gräfin Mathilde Reg. n. 35 b. — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 187.*

<Mattildi comitisse>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei dilecte in Christo filię Mathildi salutem et apostolicam benedictionem. (★)

Quoniam animi nostri voluntatem super ea re scire cupiens misisti nobis, quod Theodericus dux[1] optaret sibi coniugio copulare quondam uxorem marchionis Petroni[2], mandamus tibi: ille non est adeo notus nobis, nec illa nobis ita commissa, ut aliquid inde agere velimus.

De eodem duce item significasti, quod, si placeret nobis, de componenda pace inter nos et Heinricum regem se intromitteret. Super hoc itaque respondemus: legatus regis in presentia universalis synodi iuravit ex precepto domini sui eum nostris mandatis per omnia obtemperaturum[3]. Ea quoque de causa et spe nos iam misisse legatos nostros credo tuam scientiam non latere.

Excommunicatum vero iam sępedictum ducem ab episcopo Mettensi[4] quia non ignoras, nos sententię in illum prolatę noveris assensum dedisse et eam firmavisse, nisi infra

---

1) *II., von Oberlothringen, 1070—1115.* 2) *Über die Persönlichkeit und das weitere Schicksal dieses Eheprojekts weiß man nichts Näheres. Bekannter sind die beiden Ehen Herzog Theoderichs mit Hedwig von Formbach, Witwe Gebhards von Supplinburg († 1075) und Mutter Kaiser Lothars III. (vgl. Bernhardi, Jahrb. Lothars III. S. 813 f.), und mit Gertrud, Witwe Graf Heinrichs III. von Löwen († 1095), Tochter Herzog Robert Frisos von Flandern (vgl. Vanderkindere, La formation territoriale des principautés belges I 2, 302.* 3) *N. 17 a.* 4) *Hermann, vgl. Berthold, Ann. 1079 (M.G. SS. 5, 317).*

viginti dies, postquam mandata nostra resciverit, iussis nostris oboedierit et nisi civitatem et bona sancti Stephani [1], quę iniuste invasit, libera dimiserit et ecclesię satisfecerit. Data Rome V. Nonas Martii, Indictione II.

## VI, 23.

*Gregor VII. teilt Klerus und Volk von Orléans die Entsendung päpstlicher Legaten zur endgültigen Regelung der Bistumsfrage mit. Rom, 1079 März 5.*

*R f. 164': liber VI* <n. 23>.

*Editio Romana (1591) 3, 781 n. 23. Mansi, Conc. coll. 20, 275 n. 23. Migne, Patr. lat. 148, 530 n. 23. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 630 n. 102. Jaffé, Bibl. 2, 360 n. 23. — Jaffé, Reg. 5114 (3844).*

**<Clero et populo Aurelianensis ecclesie>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei clero et populo Aurelianensis ecclesię salutem et apostolicam benedictionem.

Sciatis incunctanter, quod de ecclesię vestrę erumnis et *f. 164'.* angustiis, quam spe|cialiter dileximus et quę una ex nobilissimis Gallię ecclesiis quondam fuit et adhuc erit Deo favente, nos valde dolemus, et quia, illi qualiter subvenire debeamus, solliciti sumus et, ut ad pristinum decus et gloriam redeat, nos impense operam damus. De Sanzone item filio nostro [2], quem vobis in episcopum optatis, noveritis, quia libenter eum suscepimus et paterno amore tractavimus [3]. Sed quia Rainerius dictus episcopus et ecclesię vestrę ut dicitur inutilis [4] nondum ex toto constat ab ea [a] separatus, ne videamur alicui preiudicium facere, neu ob alicuius amicitiam forte quis suspicetur nos contra iustitiam facere velle, legatos nostros ad vos mittere disposuimus, qui veritate discussa diligenter et probata de eo possint ex auctoritate nostra immo beati Petri, prout iustitia dictaverit, sententiam dare.

---

**23.** a) a *korr. aus* o *R.*

1) *D. h. des Bistums Metz.* 2) *Vgl. lib. V n. 8, 9.* 3) *Vgl. den Brief Ivos von Chartres an Hugo von Lyon, n. 59 (Migne 162, 69):* Nam quod opposuistis castitatem eius *(Sanzos)* non fuisse probatam nec a me in litteris meis fuisse commendatam, superfluum mihi visum fuit post domnum papam de castitate eius disceptare, cuius praecepto videram eum Romae in presbyterum ordinari . . . ., cuius etiam sacerdotium post litteras papae commendatitias legi litteris vestris commendatum *etc. Über die gegen Sanzo vorliegenden Bedenken vgl. auch oben lib. V, 8, 14.* 4) *Vgl. lib. V, n. 8, 9.*

Postea vero electionem vestram secundum Deum confirmare et, quibus modis oportere videbitur, corroborare secundum canonica instituta curabimus. Interim ergo res eiusdem ecclesię tam vobis quam omnibus, apud quos ubicunque repperiuntur, ex parte beati Petri monendo precipimus, ut nemo distrahere vel demoliri presumat, videlicet predia et ornamenta, quę illi pertinere noscuntur. Quod si quis contra hęc nostra precepta temerarię conari temptaverit, sciat se gratiam beati Petri amissurum[1] et anathematis gladium, nisi resipuerit, incursurum. Data Rome III. Nonas Martii, Indictione II.

## VI, 24.

*Gregor VII. beauftragt den Bischof Amatus von Oléron, gemeinsam mit Bischof Hugo von Die den Streit zwischen Ste. Croix (Bordeaux) und St. Sever gemäß seiner früher erfolgten Entscheidung zu beenden.*

*Rom, 1079 März 8.*

*R f. 164′:* liber VI <n. 24>.

*Editio Romana (1591) 3, 781 n. 24. Mansi, Conc. coll. 20, 276 n. 24. Migne, Patr. lat. 148, 531 n. 22. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 630 n. 103. Jaffé, Bibl. 2, 360 n. 24. — Jaffé, Reg. 5115 (3845).*

<Wasconiensi episcopo>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Amato Elorensi episcopo in Wasconia[2] salutem et apostolicam benedictionem.

Iozelinus[a] archiepiscopus Burdegalensis[3] confrater noster veniens ad limina apostolorum duxit nobis ad memoriam, qualiter olim actum sit[4] de discordia monasterii sanctę Crucis et sancti Severi, quidve diffinitionis in Romana ecclesia susceperit. Nam et litteras olim a nobis super hac re abbati sancti Severi transmissas invenimus et abbatem secundum tenorem earum inoboedientem fuisse cognovimus. Unde ne preiudicium sibi aliqua pars fieri suspicetur, censuimus causam illam ante te et confratrem nostrum Hugonem Diensem episcopum diligenter esse retractandam[b], ita ut uterque auditores legitimum Deo auxiliante huic negotio finem imponatis. | *f. 165.* Adiudicavimus etiam, ut illud, quod in lite est, ex integro abbatię sanctę Crucis restituatur, quatenus possessione sibi

---

24. a) -ozel- *auf Rasur R.* b) -andam *auf Rasur R.*

1) *Vgl. S. 422 A. 2.* 2) *Von Oléron. Vgl. n. 20.* 3) *Vgl. lib. II n. 24.* 4) *Vgl. lib. I n. 51.*

reddita canonicum et legale[c] sit[1], quod acturi estis, et in executione iudicii nostri irreprehensibiles[d] appareatis. Quodsi ille inoboediens fuerit et memorate ecclesię[2] investituram abbatię sanctę Crucis non restituerit, illum sicut rebellem a communione corporis et sanguinis Domini merito separate[3]. Data Rome VIII. Idus Martii, Indictione II.

## VI, 25.

*Parallelschreiben zu n. 24 an den Abt Arnald von St. Sever. Rom, 1079 März 8.*

*R f. 165:* liber VI <n. 25>.

*Editio Romana (1591) 3, 782 n. 25. Mansi, Conc. coll. 20, 276 n. 25. Migne, Patr. lat. 148, 532 n. 25. Boucquet, Recueil ed. Brial 14, 631 n. 104. Jaffé, Bibl. 2, 361 n. 25. — Jaffé, Reg. 5116 (3846).*

<Abbati sancti Severi>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Arnaldo abbati sancti Severi salutem et apostolicam benedictionem.

Post recessionem tuam proxime factam scias nos litteras quasdam repperisse, in quibus inoboedientiam tui liquido deprehenderimus. Proinde notum sit tibi nos eam causam, scilicet quę inter te et abbatem sanctę Crucis esse dinoscitur, diligentius discutiendam fratribus et coepiscopis Hugoni Diensi et Amato Olorensi legatis nostris commisisse et, quicquid ipsi de ea re statuerint, iudicantes hoc deinceps vobis esse ratum firmumque tenendum. Attamen interim, ut illam possessionem, scilicet ecclesiam sanctę Marię de Solaco[4], de qua lis inter vos orta est, abbatię sanctę Crucis ex integro restituas, apostolica tibi auctoritate precipimus et, ut quiete, donec ad iudicium veniat, possidere permittas, ex parte beati PETRI iubendo monemus. Indignum quippe esse et canonicis institutis[5] nimis alienum dicimus[a], causa[b], quę ventilanda *

---

*—*S. 438** Am Rand ein Notazeichen des 12. Jh.

c) l- *in Korrektur R.* d) ir- *korr. aus* in- *R.*

25. a) *Von jüngerer Hand korr. in* ducimus *R;* dicimus *T.* b) *So R;* causam *T.*

1) *Vgl. Ps.-Isidori Decr. Eusebii 2 c. 12 (ed. Hinschius p. 237) und andere Stellen.* 2) *Ste. Marie de Soulac, vgl. lib. I n. 51.* 3) *Vgl. die Entscheidung der Synode von Bordeaux 1079, worüber eine Urkunde des Legaten Amatus berichtet (ed. Mansi 20, 529).* 4) *Soulac, vgl. lib. I n. 51.* 5) *Vgl. Anm. 1.*

est, ad examen debere deduci, nisi de rebus in lite positis
* ille, qui vim patitur, prius fuerit revestitus. Iuxta ergo quod et monuimus et precepimus, iterum inculcare curavimus, ne te ulterius super hac re sicut actenus inoboedientem repperire valeamus. Quodsi inoboedientia tua auribus nostris iterum fuerit delata, scias indubitanter te iram beati Petri et nostram incurrisse[1] et dignę animadversionis sententiam in periculum ordinis tui provocasse. Data Rome VIII. Idus Martii, Indictione II.

## VI, 26.

*Gregor VII. befiehlt dem Propst Fulcard und den Kanonikern von Lille, die Feindseligkeiten gegen ihren Mitkanoniker Lambert zu unterlassen.*

*Rom, 1079 März 14.*

*R f. 166:* liber VI <n. 26>.

*Editio Romana (1591) 3, 782 n. 26. Mansi, Conc. coll. 20, 277 n. 26. Migne, Patr. lat. 148, 532 n. 26. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 631 n. 105. Jaffé, Bibl. 2, 362 n. 26. — Jaffé, Reg. 5117 (3847).*

**<Insulane congregationis canonicis tam maioribus quam minoribus>**

|| **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Fulcardo[a] Insulanę congregationis[2] preposito cęterisque eiusdem congregationis[b] canonicis tam minoribus quam maioribus, licet aliter meritis, salutem et apostolicam benedictionem. | *f. 165'.*

Non modicum offendistis nos super iniuria et expoliatione rerum Lamberti filii nostri a vobis illata, immo in persona sua nobis facta, precipue cum per Ingelrannum nostrum[3] vobis mandaverimus, ut ei nullam iniuriam inferretis propter oboedientiam, quam sibi iniunximus. Mandamus ergo vobis et apostolica auctoritate precipimus sicut canonicis specialiter munitis privilegiis beati PETRI, quatenus hunc filium nostrum Lambertum, fratrem et concanonicum vestrum[c], cum omni benivolentia et dilectione suscipiatis et sua sibi integre restituatis remittentes vobis ipso eodem interveniente quicquid in eo et nobis deliquistis, eo videlicet tenore, ne deinceps contra nostra et sanctorum canonum decreta agere presu-

---

**26.** a) -ulcardo *nachträglich in freigelassene Lücke von anderer Hand eingetragen,* Fulcardo *T; vgl. Peitz S. 60, 321 A. 1, N. A. 38, 177 A. 1. (In brieflicher Mitteilung an den Herausgeber schreibt Peitz den Nachtrag dem Registrator zu.)* b) *Erstes* o *korr. aus* a *R.* c) nrm *R. T.*

1) *Vgl. S. 422 A. 2.* 2) *Lille, vgl. Giry, Revue hist. 1, 393 A. 1 gegen Jaffé (Ile de Médoc, Diöz. Bourges).* 3) *Vgl. n. 7, 8.*

matis. Quod si facere neglexeritis, quod absit, rursumque clamor ad nos seu ad vicarium nostrum, venerabilem virum Hugonem Diensem episcopum, venerit, et gratiam beati PETRI et nostram perdetis[1] et nos ulterius nullo modo patiemur inultos[d], sed, sicut dignum fuerit, gladio beati PETRI contemptum nostrum vindicabimus. **Data** Rome II. Idus Martii, **Indictione** II.

## VI, 27.

*Gregor VII. befiehlt den Mönchen von Déols, dem ihnen von Rom gesetzten Abt und den Weisungen des Legaten Hugo von Die zu gehorsamen.*

*Rom, 1079 März 20.*

*R f. 165′:* **liber VI** <n. 27>.

*Editio Romana (1591) 3, 783 n. 27. Mansi, Conc. coll. 20, 277 n. 27. Migne, Patr. lat. 148, 533 n. 27. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 632 n. 106. Jaffé, Bibl. 2, 363 n. 27. — Jaffé, Reg. 5118 (3848).*

<**Monachis Dolensis monasterii**>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei monachis Dolensis monasterii[2].

Noveritis Gualterium, quem vobis in abbatem contra excommunicationem apostolicę sedis constituistis, collaudatione Romani concilii[3] a nobis inrecuperabiliter esse depositum et, si de administratione abbatię vestrę se ulterius cognitis his litteris intromiserit, omnino excommunicandum. Quapropter apostolica vobis auctoritate precipimus, ut confratrem nostrum Wormundum Viennensem archiepiscopum[4], quem vobis in abbatem Deo annuente ordinavimus, sine omni contradictione suscipiatis et ei sicut patri et abbati per omnia toto cordis affectu oboediatis. Et quia non modicum pro inoboedientia vestra incurristis delictum, precipimus vobis, ut dominica prima post pentecosten[5], scilicet in octavis, coram vicario nostro Hugone Diense[a] episcopo satisfacturi[b], Valentię videlicet urbi, vos representetis et, quod ipse vobis preceperit, *f. 166.* oboedienter teneatis. Quodsi spiritu[c] superbię | his nostris litteris inoboedientes fueritis, excommunicationem a predicto vicario nostro super vos factam ab illo die nos confirmasse indubitanter sciatis. **Data** Rome XIII. Kalendas Aprilis, **Indictione** II.

---

d) o *korr. aus* u *R.*

**27.** a) -se *später korr. in* -si *R;* Diense *T.* b) -ri *korr. aus* -rū *R.* c) p *korr. aus* u *R.*

1) *Vgl. S. 422 A. 2.* 2) *Déols, vgl. lib. II n. 19.* 3) *In den registrierten Synodalprotokollen geschieht der Sache nicht Erwähnung.* 4) *Vgl. n. 2.* 5) *19. Mai.*

## VI, 28.

*Parallelschreiben zu n. 27 an die Barone des Gebiets von Bourges mit der Aufforderung, sich der päpstlichen Entscheidung in Sachen der Abtei Déols zu fügen.*

*Rom, 1079 März 20.*

*R f. 166:* **liber VI** <n. 28>.

*Editio Romana (1591) 3, 783 n. 28. Mansi, Conc. coll. 20, 278 n. 28. Migne, Patr. lat. 148, 533 n. 28. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 632 n. 107. Jaffé, Bibl. 2, 364 n. 28. — Jaffé, Reg. 5119 (3849).*

**<Principibus Biturice regionis>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Rodulfo Oddoni Epponi Humbaldo Everardo Bosoni Giraldo Adelardo et cęteris principibus Bituricę regionis[1] salutem et apostolicam benedictionem, si oboedierint.

Miramur temeritatem et insolentiam presumptionis vestrę, quod contra fas et excommunicationem apostolicam vobis delatam abbatiam Dolensem, quam in tutelam hactenus habuistis[a], immo etiam ad cumulum detrimenti tam animarum vestrarum quam corporum abiecto eo, quem manibus propriis Deo volente vobis in abbatem consecravimus[b], Gualterium invasorem inrecuperabiliter deposuimus et ei res ecclesię suisque fautoribus sub excommunicatione interdiximus, confratri autem nostro Wormundo Viennensi archiepiscopo abbatiam Dolensem concessimus, immo reddidimus. Vos ergo monemus et apostolica auctoritate precipimus, ut abiecto invasoris predicti dominio abbati vestro iure canonico, Wormundo Viennensi archiepiscopo, sincera mente et puro corde oboediatis. Quodsi rebelles Deo et beato PETRO in his deinceps fueritis, a dominica prima post pentecosten, scilicet in octavis, cum Dolensibus monachis, nisi satisfecerint coram vicario nostro Hugone Diense episcopo Valentię, vos excommunicationi subiacebitis; si autem patri vestro spirituali, confratri nostro Wor-

---

28. a) *Das hier fehlende Verbum ergänzt die Hs. E konjizierend:* invasistis, *vgl. N. A. 38, 173 N. 1 (*vi invasistis *Giesebrecht, De registro emendando p. 39).* b) *Hier ist ein Satz betreffend die Einsetzung Walters ausgefallen, wahrscheinlich indem der Registrator von einer Nennung des Namens versehentlich zur zweiten übersprang (Giesebrecht l. c.:* consecravimus, Gualterium invasorem recepistis, quem inrecuperabiliter *etc.).*

1) *Radulf Thibaut von Chateauroux, Oddo von Issoudun, Eppo von Charenton und La Châtre, Humbald von Vierzon und Mehun, Everard von Argenton, Boso von Cluis, Girald von Linières, Adelard von Chateaumeillant, vgl. Fauconneau-Dufresne, Hist. de Déols et de Chateauroux 1, 67.*

mundo Viennensi archiepiscopo, oboedientiam et auxilium exhibueritis, gratiam Dei et beati Petri percipietis. Te autem, Rodulfe, quia in his plus cęteris tibi a Deo concessa est potestas, rogamus te et precipimus, ut eum in abbatiam sine simulatione et dolo restituas et totius ire sive discordię oblitus ei ut filius karissimus adhęreas, quatenus gratiam Dei et peccatorum tuorum indulgentiam [1] ab ipso, cui data est potestas ligandi atque solvendi, percipias. Data Rome XIII. Kalendas Aprilis, Indictione II. *cf. Matth. 16, 19.*

## VI, 29.

*Gregor VII. schreibt dem Ungarnkönig Ladislaus I. wegen einiger verbannter Grafen und des gesandtschaftlichen Verkehrs mit der römischen Kurie.*

*Rom, 1079 März 21.*

*R f. 166′:* liber VI <n. 29>.

*Editio Romana (1591) 3, 784 n. 29. Mansi, Conc. coll. 20, 278 n. 29. Migne, Patr. lat. 148, 534 n. 29. Jaffé, Bibl. 2, 365 n. 29. — Jaffé, Reg. 5120 (3850).*

*f. 166′.* <Regi Ungarorum>|

(★) **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Ladizlao Ungarorum regi [2] salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut fidelium tuorum crebra relatione cognovimus idemque [a] ipsum nostris attestantibus ratum habemus, excellentia tua ad serviendum beato PETRO, quemadmodum religiosa potestas debet, et ad obŏediendum nobis, ut liberalem filium decet, toto affectu et cordis intentione parata est. Unde nimirum devotionem mentis tuę super hoc studio non indigne laudamus eique sincere congratulamur, quod [b] ⟨quidem [c]⟩ optimorum regum sequendo vestigia illustrat [d] servando tam in moribus normam iustitię quam etiam lineam nobilitatis in sanguine. Igitur quia de celsitudinis tuę liberalitate et oboedientia satis confidimus, ad quiddam nostrę universali sollicitudine [e] congruens, quod honori quoque tuo non parum concordat, invitare te non dubitamus, quatinus in eo et illa,

---

29. [a]) *Jaffé korr.* itemque, *doch ohne Grund, vgl. Peitz S. 292.* [b]) *Jaffé korr.* qui, *ohne Grund, vgl. Peitz S. 292.* [c]) *Vom Revisor (12. Jh.) derart eingeschoben, daß* op *des folgenden Wortes am Ende der Zeile in* q *umgeschrieben und zu* quidem *ergänzt, und ein* op *am Beginn der folgenden Zeile hinzugefügt wurde; fehlt in T.* [d]) *Jaffé fügt ohne Grund* se *hinzu, vgl. Peitz S. 292.* [e]) -ne *später korr. in* -ni; sollicitudine *T.*

1) *Vgl. S. 412 A. 2.* 2) *Vgl. lib. IV n. 24.*

quę de te verbis solis credita sunt, esse vera facti indicio pateant et nobis sit aperte firmior causa, qua te pre cęteris regię dignitatis amplius specialiusque diligere merito debeamus.

Itaque comites illos, E videlicet Ŏ et C [f], eorumque milites, quos beato PETRo fideles iustitięque fautores iniusta, ut accepimus, sententia in exilium expulit, tibi commendatos esse ex parte nostra optamus. Et[g] quia hactenus illis subvenire ex industria propria claritudo tua curavit, sentiant sibi nunc ob fidelitatem beati Petri nostramque commendationem solacii auxiliique munus copiosius accessisse. De cętero prudentiam tuam monemus, ut viam iustitię semper studeas inreflexo calle tenere, viduas et orphanos et peregrinos paterna pietate tueri, ecclesias non modo non[h] lędere sed etiam[i] ab arrogantium et invasorum petulantia et temeritate defendere necnon et alia, quę recta intelliges, procures diligenter servare.

Illud quoque nichilominus scire te volumus quosdam nomine tuo legatos ad nos olim venisse, quibus item nos istud iniunximus, ut dilectioni tuę suggererent, quatenus[k] alios destinare, quo certiores efficeremur, censeret. Verum nobis adhuc in incerto manet, an ad te mandata nostra perlata sint, an aliquos postea miseris. Liquet autem neminem a te | legatum ad nos post inde venisse. Quare decrevimus *f. 167.* ad te iterum idem repetendo scribere itidemque de comitibus, quod iam postulavimus, iterando inculcare, quo et nuntios, si nondum misisti, non ulterius mittere neglegas[l] et prenominatis omnibus presidii manum familiarius proniusque in cunctis porrigere studeas.

Omnipotens et misericors Deus, a quo bona cuncta procedunt, per merita et intercessiones beatę Dei genitricis semperque virginis Marię et beatorum Petri et Pauli gressus tuos per viam deducens iustitię constanter dirigat usque ad finem et sic huius vitę temporalia regni gubernacula faciat temperare, quatenus ęterna promerendo valeas adipisci[1]. Data Rome XII. Kalendas Aprilis, Indictione II.

---

f) *Die freigelassenen Lücken sind leer geblieben R.* g) *Auf Rasur R.* h) *Über der Zeile hinzugefügt R.* i) e- *korr. aus* a- *R.* k) e *später in* i *korr. R.* l) *Zweites* e *später in* i *korr. R.*

1) *Über die* Omnipotens Deus-*Schlußwünsche vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 122.*

## VI. 30.

*Gregor VII. mahnt den Erzbischof Lanfranc von Canterbury an die seit langem schuldige visitatio ad limina apostolorum, die er auch nicht aus Furcht vor dem König (Wilhelm I.) unterlassen dürfe.*

*Rom, 1079 März 25.*

*R f. 167:* liber VI <n. 30>.

*Editio Romana (1591) 3, 785 n. 30. Mansi, Conc. coll. 20, 279 n. 30. Migne, Patr. lat. 148, 535 n. 30. Jaffé, Bibl. 2, 366 n. 30. — Jaffé, Reg. 5121 (3851).*

<Canturiensi archiepiscopo>

|| **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Lanfranco Cantuariorum archiepiscopo[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Quod ex illo tempore, quo sacerdotale summe sedis iugum cervici nostrę licet indigni suscepimus, venire ad nos non multum curavit fraternitas tua, quanto minus hoc de dilectione tua sperare potuimus, eo amplius stupentes miramur. Et nisi apostolica mansuetudo necnon et amoris pignus antiquum nos hucusque detinuisset, profecto nos hoc graviter ferre iam dudum tibi constitisset. Verum sicut certissime compertum habemus, adventum tuum vel metus regis[2], eius scilicet, quem inter cęteros illius dignitatis specialius semper dileximus, vel maxime tua culpa nobis negavit, et te quidem, si vel prisci amoris memoria superesset vel debita matri Romanę ecclesię dilectio in mente remaneret, non debuit aliquis aut mundanę potestatis terror aut cuiusquam personę superstitiosus amor a conspectu nostro retrahere. Illum vero si contra apostolicam sedem novus arrogantię tumor nunc erigit sive contra nos ulla libido seu procacitas iactat, tanto gravius feremus, quanto eum dilectione nostra indignum se fecisse constiterit. Quod tamen ne illi accidat, religio tua[a] poterit hoc modo mutare[b], si ei diligenter aperiendo et constanter admonendo consilium dederis, ne contra matrem omnium Romanam ecclesiam quid iniustum presumat neve quid a religiosa potestate alienum petulanter audeat et neque tuam
f. 167' neque | alicuius devotionem ab apostolicę sedis visitatione

---

**30.** a) a *korr. aus* o *R.* b) *Später korr. in* vitare *R;* mutare *T.*

1) *Vgl. lib. I n. 31.* 2) *Wilhelms I. — Über seine Bestrebungen, Romreisen der englischen Bischöfe und englische Reisen päpstlicher Legaten hintanzuhalten, vgl. Boehmer, Staat und Kirche in England S. 130 ff.*

ulterius coercere attemptet. Igitur decet fraternitatem tuam neglegentię suę excessus sapienter corrigere atque ad apostolicam sedem quamtotius properare teque ipsum nostris obtutibus, ut optamus utque sępe mandavimus, presentare, quatinus nos de his et de aliis negotiis presentialiter conferre atque utilitas ecclesię de nostro colloquio augmentum valeat Deo favente percipere. Data Rome VIII. Kalendas Aprilis, Indictione II.

## VI, 31.

*Mandat an die Großen der Provence zum Schutz der Besitzungen des päpstlichen Klosters Montmajour.*

*Rom, 1079 März 31.*

*R f. 167':* **liber VI** <n. 31>.

*Editio Romana (1591) 3, 786 n. 31. Mansi, Conc. coll. 20, 280 n. 31. Migne, Patr. lat. 148, 536 n. 31. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 633 n. 108. Jaffé, Bibl. 2, 367 n. 31. — Jaffé, Reg. 5122 (3852).*

**<Omnibus archiepiscopis episcopis principibus clericis in Provincia commorantibus>**

‖ **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei omnibus archiepiscopis episcopis principibus clericis laicisque in Provincia commorantibus, exceptis his qui excommunicationi subiacent, salutem et apostolicam benedictionem.

* Notum vobis omnibus esse putamus, quod monasterium sancti Petri situm in loco qui Mons Maior[1] dicitur sanctę Romanę ecclesię speciali quodam iure subiectum est et apostolicę sedis privilegiis ex tempore longo munitum[2]. Unde quia nobis pro suscepti regiminis sollicitudine imminet ecclesiis omnibus providere, illis precipue debemus vigilanter prospicere, quę Romanę apostolicęque sedi quodammodo[a] vicinius herent et eius tutela maxime sperant defendi. Quapropter quoniâm audivimus aliquos vestrum bona memorati monasterii contra ius et honestum sacrilega manu invasisse distrahere atque diripere[3], paterno affectu monemus et apostolica

---

*—* *Am Rand ein Notazeichen des 12. Jh.*

31. a) a *korr. aus* o *R.*

1) *Montmajour, Diöz. Arles.* 2) *Vgl. Cencii Lib. cens. (ed. Fabre-Duchesne 1, 183):* In archiepiscopatu Arelatensi. Monasterium sancti Petri Montis maioris IIII solidos; pro castello autem Biduini turis libras III. *Der Weihrauchzins stammt bereits von Gregor V. (JL. 3886), der Hauptzins findet sich zuerst bei Urban II. (JL. 5664), wo aber Vorurkunden Leos IX. und Nicolaus' II. zitiert werden.* 3) *Vgl. die Klagen über Abt Bermund in lib. IX n. 29 a.*

auctoritate precipimus, ut, quicunque res illius monasterii vi tenere invasas noscuntur, digna cum satisfactione emendare festinent ac nemo deinceps contra animę suę salutem bona ipsius ecclesię violenter attrectare presumat. Quicunque ergo his salubribus mandatis nostris contrahire et bona ecclesię, sicut dictum est, sacrilego ausu contra interdictum nostrum detinere temptaverit, admonitus semel atque iterum et tertio per convenientes indutias, si emendare contempserit, iram et furorem omnipotentis Dei contra se per excommunicationem apostolicam provocabit. Oboedientibus vero apostolica auctoritate et beati PETRI nobis licet indignis concessa potestate peccatorum suorum veniam indulgemus [1]. Data Rome II. Ka-
*f. 168.* lendas Aprilis, Indictione II.

## VI, 32.

*Gregor VII. weist den Bischof Isembert (II.) von Poitiers an, in einer Besitzstreitigkeit vermittelnd einzugreifen.*
*Rom, 1079 April 13.*

*R f. 168:* liber VI <n. 32>.

*Editio Romana (1591) 3, 786 n. 32. Mansi, Conc. coll. 20, 281 n. 32. Migne, Patr. lat. 148, 537 n. 32. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 633 n. 109. Jaffé, Bibl. 2, 368 n. 32. — Jaffé, Reg. 5123 (3853).*

<Pictavensi episcopo>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Isemberto Pictavensi episcopo [2] salutem et apostolicam benedictionem.

Pervenit ad aures nostras, quod bona Rorgonis de Coequo, quę mortuo ipso in potestatem germani sui, scilicet Ugonis nostri fidelis et filii, iure debent concedere, Ugo de Leziniaquo [a 3] iniuste presumpsit invadere. Unde quia prenominatum Ugonem [b] clericum nostrum et res ipsius in tutelam apostolicę sedis suscepimus, fraternitati tuę invitando precipimus, ut super his curam vice nostra gerens duci Guilgelmo [4] hec eadem significando suggeras, quatinus in hac etiam re, quantum beato Petro sit fidelis, ostendat. Verum in primis volumus, ut dilectio tua studeat memoratum Leziniacensem [c] ex parte nostra cum iamdicto duce convenire necnon illum de temeritate sua redarguendo de satisfactione monere. Quodsi admonitus semel iterum ac tertio per competentes indutias

---

**32.** a) a *korr. aus* o *R.* b) *Es folgt* in *durchstrichen R.* c) Lez- *korr. aus* Lerz- *R.*

1) *Vgl. hierzu S. 412 A. 2.* 2) *Vgl. lib. II n. 23.* 3) *Hugo VI. von Lusignan, vgl. Bourrousse de Laforre, in Revue de l'Agenais 8 (1881) S. 403 ff.* 4) *VI. von Aquitanien, vgl. lib. II n. 24.*

in pertinacia sua duraverit et mandatis nostris inoboediens iustitię parere contempserit, apostolica auctoritate precipimus, ut eum, quousque resipiscens ablata restituat, vinculo anathematis illiges. Quod idem postmodum nos firmaturos non dubites. Data Rome Idibus Aprilis, Indictione II.

## VI, 33.

*Gregor VII. befiehlt dem Abt Hugo von Cluny, die Güter der Kirche von Mâcon unangetastet zu lassen und gegebenenfalls das Urteil der päpstlichen Legaten anzurufen.*

*Rom, 1079 April 14.*

*R f. 168′:* **liber VI** <n. 33>.

*Empfängerüberlieferung: 1. [Cartulaire de St. Vincent de Mâcon (dep.)], ed. Severtius, Chronologia Lugdunensis archiepiscopatus 2, 112; 2. Abschrift 17. Jh. Paris Bibl. nat. lat. 17086 und Abschrift 18. Jh. Mâcon Arch. départ. de Saône et Loire, ed. Ragut, Cartulaire de St. Vincent de Mâcon (1864) S. 13 n. 14.*

*Editio Romana (1591) 3, 787 n. 33. Mansi, Conc. coll. 20, 281 n. 33. Migne, Patr. lat. 148, 537 n. 33. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 634 n. 110. Jaffé, Bibl. 2, 369 n. 33. — Jaffé, Reg. 5124 (3854).*

**<Cluniacensi abbati>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Hugoni Cluniacensi abbati salutem et apostolicam benedictionem.

Landericus Matisconensis frater et coepiscopus noster[1] ad apostolorum limina veniens conquestus est apud nos ecclesię suę iura a te sibi auferri, quę predecessorum suorum temporibus, etiam symoniacorum, quiete visa est possidere. Nos ergo dignum esse et competens adiudicavimus, ut, quę bona[a] temporibus inreligiosorum ecclesia sine molestia tenuit, eisdem sub pastore religioso in Romana ecclesia ordinato[2] privari absque ratione non debeat. Quapropter dilectionem tuam monemus, ut res illas, super quibus predicta Matisconensis ecclesia queritur, si usque ad supramemorati fratris

---

**33.** a) *Es folgt Rasur von 2—3 Buchstaben R.*

*Empfängerüberlieferung:* 21 Hugoni] *fehlt 2 (im Original stand offenbar nur der Anfangsbuchstabe* H., *den die eine Kopie übersah, die andere in* Hugoni *ergänzte)* 21/22 Cluniacensi] venerabili Cluniacensi 23 Landericus — noster] Matisconensis frater et coepiscopus vester Landericus *(L. 2)* 24 apud] ad *2* 26 possidere] gaudere *1* 28 inreligiosorum] irreligiosorum 32 si usque] suisque

1) *Vgl. lib. II n. 15.* 2) *Vgl. lib. I n. 76.*

nostri tempus possedit, deinceps quoque aut quiete retinere permittas aut concambium competens reddere studeas. Quodsi inter vos hanc causam non potestis ipsi componere, volumus fratrem nostrum Diensem episcopum[1] et sancti Pauli abba-
*f. 168'.* tem[2] negotio huic interesse, quatenus eorum adhibita dili|gentia finem[b] lis invenire rectum et congruum valeat ac ulterius inter vos dissensio nulla remaneat. Sine concordia nanque neque religiositatem dicimus quicquam valere neque aliud opus, etsi bonum videatur, aliquid esse[3]. Data Rome XVIII. Kalendas Maii, Indictione II.

## VI, 34.

*Primatsprivileg für das Erzbistum Lyon.*
*Rom, 1079 April 20.*

*R f. 168:* liber VI <n. 34>.

*Empfängerüberlieferung: 1. [Codex ms. sancti Albini Andegavensis, dep.] ed. Petrus de Marca Dissertationes tres (ed. Steph. Baluze Paris 1669) App. p. 343 n. 1. 2. Cod. Paris. lat. 152, 13. Jahrh., f. 39', vgl. Brial l. c. N. a[4].*

*Editio Romana (1591) 3, 787 n. 34. Mansi, Conc. coll. 20, 282 n. 34, Migne, Patr. lat. 148, 538 n. 34. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 634 n. 111. Jaffé, Bibl. 2, 369 n. 33. — Jaffé, Reg. 5125 (3855).*

### Privilegium[a] Lugdunensis ecclesie[a].

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Gebuino Lugdunensi archiepiscopo[5].

Antiqua sanctorum patrum, quibus licet indigni et longe meritis impares in administratione huius sedis succedimus, vestigia, in quantum divina dignatio permittit, imitari desi-

---

b) f *korr. aus* e *R.*

**34.** a—a) *Fehlt in T.*

*Empfängerüberlieferung:* 6/7 ulterius inter vos] inter vos ulterius (ullum ius *1*) 7 dissensio] dissentio *2* 7/8 nanque] namque *2* 8 quicquam] quitquid *2* 9/10 Data—II] *fehlt.*

**34.** 24 Gebuino] dilecto in Christo fratri Gebuino.

1) *Hugo.* 2) *Gemeint ist wohl der andere Vertrauensmann Gregors, Bernhard, Abt von St. Victor in Marseille und St. Paul in Rom, vgl. n. 15, während Brial = Jaffé (und ebenso Messing, Diss. Greifswald 1907 S. 51) an den Abt von St. Paul in Lyon denken.* 3) *Über den weiteren Gang der Angelegenheit vgl. JL. 5182. Zur Sache vgl. Hessel, Cluny und Mâcon, in Zeitschr. f. Kirchengesch. 22, 516 ff.* 4) *Eine andere Kopie in Lyon, Chapitre métropolitain, zitiert Wiederhold in Gött. Nachr. 1907, Beiheft S. 2.* 5) *Zur Sache vgl. Lühe, Hugo von Die, Diss. Straßburg 1898 S. 70 ff.*

derantes ius, quod unicuique ecclesiarum pro merito et dignitate sui ipsi contulerunt, nos ex eorum successionis consideratione decet illesum et immutabile conservare et munimine decretorum nostrorum ad perpetuam stabilitatem corroborare. Quapropter quia, dilectissime in Christo frater Gebuine, postulasti a nobis, quatinus dignitatem ab antecessoribus nostris concessam ecclesię, cui Deo auctore preesse dinosceris, confirmaremus et quęque sua ab infestatione hostili apostolicę sedis defensione tueremur, inclinati precibus tuis confirmamus primatum super IIII provincias Lugdunensi ecclesię tuę et per eam tibi tuisque successoribus, his tantum, qui nullo interveniente munere electi vel promoti fuerint, videlicet a manu ab obsequio et a lingua[b] [1]; a manu, ut nullum pretium prorsus a se vel ab aliquo tribuatur; ab obsequio, ut nichil inde servitii faciat, sicut quidam intentione ecclesiasticę prelationis potentibus personis[c] solent deferre; a lingua, ut neque per se neque per summissam personam preces effundat. Sed neque his, qui per secularem potestatem ad hanc dignitatem pervenerint, videlicet dono vel[d] confirmatione alicuius personę[e], quę sanctę religioni videatur obviare et contra puram et autenticam sanctorum patrum auctoritatem venire. Sed his nimirum hanc dignitatem concedendam esse sancimus, qui pura et sincera electione tibi successerint et ita per ostium intraverint, sicut fraternitatem tuam cognovimus intrasse. His vero, qui aliter intraverint, videlicet qui iuxta
*cf. 1. Jo. 10, 1.* dominicam sententiam non per ostium sed aliunde ut fures et latrones ascenderint, non solum primatum huius dignitatis non concedimus, | verum etiam omni honore ecclesiastici regi- *f. 169.*
minis indignos et alienos fore adiudicamus. Provincias autem

---

b) *Am Rand* N(ota)munus — a manu / ab obssequio / a lingua
Si ista sic se habent, plurima numero et magistratu et dignitate subiecta habet simonia,
*von Hand des 14. Jh.*

c) i *korr. aus* e *R.* d) *Korr. aus* et *R*, vel *T.* e) *Über der Zeile hinzugefügt R.*

*Empfängerüberlieferung:* 6 quatinus] quatenus 10 IIII] quatuor 14 nichil] nihil 21 autenticam] authenticam 27 huius dignitatis] huiusmodi

1) *Vgl. Gregorii I. Homil. in evang. I, 4, 4 (Migne 76, 1092):* Aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua *etc.; ähnlich Moral. 9, 34 (ib. 75, 888 f). Vgl. auch V. Leonis IX. lib. I c. 9 (ed. Watterich 1, 137).*

illas, quas vobis confirmamus, dicimus Lugdunensem Rotomagensem Turonensem et Senonensem, ut hę videlicet provincię condignam oboedientiam Lugdunensi ecclesię exhibeant et honorem, quem Romani pontifices reddendum esse scriptis propriis prefixerunt, humiliter et devote persolvant salva in omnibus apostolicę sedis reverentia et auctoritate. Preterea iuxta tenorem postulationis tuę ecclesię tuę huiusmodi privilegia presenti auctoritatis nostrę decreto indulgemus concedimus atque firmamus statuentes nullum regem et reliqua usque in finem sicut in privilegio constat, quod est in capite huius libelli[1]. Data Rome XII. Kalendas Maii, Indictione II.

---

*Empfängerüberlieferung:* 1 confirmamus] confirmavimus 9/11 et reliqua — libelli] vel imperatorem antistitem nullum quacunque dignitate praeditum vel quemquam alium audere de his, quae eidem ecclesiae a quibuslibet hominibus de proprio iure condonata sunt vel in futurum Deo miserante collata fuerint, prius[f] de causis pro suae avaritiae excusatione concedere, sed cuncta, quae ibi oblata sunt vel offerri contigerit tam a te quam ab eis, qui in tuo officio locoque successerint, perenni tempore illibata et sine inquietudine volumus possideri. Si quis vero regum imperatorum sacerdotum clericorum iudicum ac secularium personarum hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens contra eam temerario ausu venire tentaverit et admonitus semel et iterum usque tertio per convenientes inducias, si non resipuerit atque praedictae ecclesiae non satisfecerit, potestatis honorisque dignitate careat reumque[g] se existere de perpetrata iniquitate cognoscat et, nisi ea quae ab illo sunt male facta restituerit vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine domini redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. 11/12 Data—II] Datum Romae XIII. Kalendas Madii per manus Petri sanctae Romanae ecclesiae presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, anno pontificatus domni Gregorii VII. papae sexto[h], indictione II.

f) *Jaffé korr.* piis. g) reamque *1.* h) *Fehlt in 2;* [VII] *Brial.*

1) *Zu diesem Verweis auf ein Privilegienregister, von dem das dem Register jetzt vorgeheftete Privileg für Banzi (s. Anhang) der Rest ist, s. Peitz S. 121, N. A. 38, 213 ff.*

## VI, 35.

*Begleitschreiben zu n. 34 an die Erzbischöfe von Rouen, Tours und Sens.* *Rom, 1079 April 20.*

*R f. 169:* **liber VI** <n. 35>[1].

*Editio Romana (1591) 3, 788 n. 35. Mansi, Conc. coll. 20, 283 n. 35. Migne, Patr. lat. 148, 539 n. 35. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 635 n. 112. Jaffé, Bibl. 2, 372 n. 35. — Jaffé, Reg. 5126 (3856).*

**<Universis episcopis Rotomagensi Turonensi Senonensi>**

(★) || **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei fratribus et coepiscopis Rotomagensi[2] Turonensi[3] et Senonensi[4] salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut novit fraternitas vestra, sedes apostolica, cui licet indigni Deo auctore presidemus, divina gratia inspirante Spiritu sancto edocta per diversas provincias et regna presules archiepiscopos et primates ordinavit. Cuius constitutione et auctoritate Lugdunensis ecclesia primatum super quattuor provincias, videlicet Lugdunensem Rotomagensem Turonensem et Senonensem per annorum longa curricula obtinuisse cognoscitur. Sanctorum igitur patrum nos, in quantum Deo favente valemus, exempla sequi cupientes ecclesię memoratę primatum, quem ipsi decretis suis constituerunt atque sanxerunt, eorum freti potestate subinde confirmare studemus. Ad[5] hoc enim divinę dispensationis provisio gradus et diversos constituit ordines esse distinctos, ut, dum reverentiam minores potioribus exhiberent et potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordia fieret ex diversitate, contextio[a] et recte officiorum gigneretur[b] administratio singulorum. Neque enim universitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentię ordo servaret. Quia vero creatura in una eademque ęqualitate gubernari | vel vivere non *f. 169'.* potest, cęlestium militiarum exemplar nos instruit, quia, dum

---

**35.** a) *Korr. aus* contestio *R, vgl. Peitz S. 292 A. 4.* b) i *korr. aus* e *R.*

1) *Eine Kopie, vermutlich Empfängerüberlieferung, in Lyon, Chapitre métropolitain, zitiert Wiederhold, Gött. Nachr. 1907, Beiheft S. 2, vgl. oben S. 447 A. 4.* 2) *Johann II., vgl. lib. V n. 19.* 3) *Rudolf, vgl. ibid. n. 17.* 4) *Richerius, vgl. ibid.* 5) *Zum Folgenden vgl. die gleichen Gedankengänge bei Gregor I., Moralia 21, 15 (Migne 76, 203), und über die zugrunde liegende augustinische Theorie Bernheim, in der Zeitschr. f. Gesch.-Wiss. N. F. Bd. 2 (1897) S. 20, Hammler, Gregors VII. Stellung zu Frieden und Krieg. Diss. Greifswald 1912 S. 17.*

sint angeli sint archangeli, liquet, quia non ęquales sunt, sed in potestate et ordine, sicut nosti, differt alter ab altero. Si ergo inter hos, qui sine peccato sunt, ista constat esse distinctio, quis hominum abnuat huic se libenter dispositioni submittere? Hinc etenim pax et caritas mutua se vice complectuntur et manet firma concordie in alterna et Deo placita dilectione sinceritas, quia igitur unumquodque tunc salubriter completur officium, cum fuerit unus, ad quem possit recurri, prepositus [1].

Provincię [2] autem multo ante Christi adventum tempore divisę sunt maxima ex parte et postea ab apostolis et beato Clemente predecessore nostro ipsa divisio est renovata. Et in capite provinciarum, ubi dudum primates legis erant seculi ac prima iudiciaria potestas; ad quos, qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam imperatorum vel regum confugere non poterant vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus vel iniustitiis suis ipsosque appellabant, quotiens opus erat, sicut in lege eorum preceptum erat, ipsis quoque in civitatibus vel locis nostris[c] patriarchas vel primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, leges[d] divinę et ecclesiasticę poni et esse iusserunt, ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent eosque appellarent, et ipsi nomine primatum fruerentur et non alii; reliquę vero metropolitanę civitates, quę minores iudices habebant, licet maiorum comitum essent, haberent (tamen)[e] metropolitanos suos, qui predictis iuste oboedirent primatibus, sicut et in legibus seculi olim ordinatum erat, qui non primatum[f], sed aut metropolitanorum aut archiepiscoporum nominę fruerentur; et licet singulę metropoles civitates suas provincias habeant et suos metropolitanos habere debeant episcopos, sicut prius metropolitanos iudices habebant seculares, primates tamen, ut prefixum est, tunc et nunc habere iusse sunt, ad quos post sedem
*f. 170.* apostolicam summa negotia conveniant, ut ibidem quibus necesse | [fuerit[g]] releventur[h] et iuste restituantur, et hi qui iniuste opprimuntur iuste reformentur atque fulciantur episcoporumque causę et sum-

---

c) nostri *R; vom Revisor (12. Jh.) getilgt und* celebrioribus *darübergeschrieben;* nostri *T; vgl. Peitz S. 292 A. 4, N. A. 38, 165 A. 4.* d) -ges *korr. aus* -gis *R (so Giesebrecht, De registro emendando p. 40 mit irriger Interpretation).* e) *Vom Revisor (12. Jh.) über der Zeile hinzugefügt R, fehlt in T.* f) *Es folgt* erat *durchstrichen R.* g) *Fehlt in R; in T ergänzt.* h) eleventur *R. T.*

1) *Vgl. zu dieser Theorie der Ämter und des kirchlichen Primats die ähnlichen Ausführungen über Fürstenamt und päpstliche Gewalt in lib. VII, 25, dazu Bernheim, Mittelalterl. Zeitanschauungen 1 (1918) S. 208, 223 f.* 2) *Vgl. Ps.-Isidori Decr. Anacleti c. 26 (ed. Hinschius p. 79), dazu Sägmüller in Theol. Quartalschr. 80, 64.*

morum negotiorum iudicia salva apostolicę sedis auctoritate iustissime terminentur.

Quapropter apostolica vobis auctoritate precipimus, ut sępedicte Lugdunensi ecclesię honorem et reverentiam a maioribus nostris de ecclesiis vestris prefixam ita vos exhibere humiliter et devotę procuretis, quemadmodum vobis a suffraganeis vestris reddi debere non dubitatis.

Omnipotens et misericors Deus, pacis iustitięque serenus inspector, cordi vestro clementer inspirare dignetur, ut per viam ęquitatis concordięque firmos gradus in hoc seculo tendere taliter studeatis, quatinus pro temporalibus ęterna sumpturi ad cęlestis Ierusalem fines mereamini pervenire[1]. [D]ata[i] Rome XII. Kalendas Maii, [I]ndictione[i] II.

## VI, 36.

*Gregor VII. mahnt die Kanoniker von Lyon, alle simonistisch oder sonst unrechtmäßig ausgeliehenen Pfründen zur Verfügung des Erzbischofs Gebuin zu stellen.*

*Rom, 1079 April 20.*

*R f. 170:* <liber VI> <n. 36>.

*Editio Romana (1591) 3, 790 n. 36. Mansi, Conc. coll. 20, 284 n. 36. Migne, Patr. lat. 148, 541 n. 36. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 636 n. 113. Jaffé, Bibl. 2, 374 n. 36. — Jaffé, Reg. 5127 (3857).*

<**Canonicis Lugdunensis ecclesie**>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei canonicis Lugdunensis ecclesię salutem et apostolicam benedictionem.

Quidam vestrum ad nos cum archiepiscopo suo[2] venientes, postquam de ecclesię vestrę statu et utilitate nos consuluerunt, sine apostolica benedictione recesserunt. Quod quidem licet merito indigne tulerimus, tamen apostolica mansuetudine dissimulamus et, dum cupimus saluti vestrę consulere, illorum excessus omittimus insequi. De filio vero nostro vestręque decano ecclesię B[3] [a] notificamus dilectioni vestrę, quod prudenti ac salubri consilio ductus oboedientias ecclesię cęteraque beneficia, quę sine communi consensu fratrum adquisiverat, in manus nostras sponte renuntiavit et se ulterius

---

i) *Initiale fehlt R.*

**36.** a) *Die für den Namen gelassene Lücke (ca. 8 Buchstaben) ist nicht ausgefüllt R.*

1) *Zum Schlußwunsch vgl. n. 29.* 2) *Gebuin, vgl. n. 34.* 3) *Bladinus, vgl. Gallia chr. 4, 200.*

non intromissurum promisit. Ad cuius formam tam his, qui furtim se subduxerunt, quam etiam abbatibus vel cuiuscunque clericalis ordinis omnibus ecclesię vestrę, quicunque oboedientias vel ecclesię dispensationes pretii pactione vel contra excommunicationem[b] Landerici Matisconensis episcopi[1], quam in capitulo vestro fecit, adepti sunt, apostolica auctoritate precipimus, ut in manus fratris nostri Gebuini archiepiscopi vestri refutare sine dilatione procurent. Volumus siquidem, ut nobilitatem, qua inter omnes Gallicanas ecclesias vestra hucusque resplenduit in religionis exemplo, nunc
f. 170'. quoque vigilanter custodiat | et ut gloriam, quam hactenus pre cęteris illis habuit in dignitate, nunc augere incipiat in forma religionis. Noverit autem dilectio vestra, quoniam, si nostris salubribus iussis obtemperantes hactenus male habita[c] censueritis iuste dimittere, ita vobis providebimus in utroque, ut et temporalibus commodis non destituamini et erroris veniam de divina misericordia consequi valeatis. Quodsi quis contra salutem propriam animo indurato, postquam ad notitiam eius hęc nostra precepta pervenerint, ultra XX dies eis inoboediens fuerit, illi omnium ecclesiarum ingressum et corporis ac sanguinis Domini communionem, quousque resipiscat, apostolica interdicimus auctoritate. Data Rome XII. Kalendas Maii, Indictione II[d].

## VI, 37.

*Gregor VII. macht dem Fürsten Jordan (I.) von Capua Vorwürfe wegen verschiedener Verfehlungen.*

*Rom, 1079 April 21.*

*R f. 170': <liber VI> <n. 37>.*

*Editio Romana (1591) 3, 790 n. 37. Mansi, Conc. coll. 20, 285 n. 37. Migne, Patr. lat. 148, 541 n. 37. Jaffé, Bibl. 2, 375 n. 37. — Jaffé, Reg. 5128 (3858).*

**<Jordano Capuano principi>**

|| GREGORIUS[a] episcopus servus servorum Dei Iordano[b] Capuano principi[2].

---

b) *Das erste* c *korr. aus* l *R.* c) *Korr. aus* debita *R.* d) *Von hier an bis f. 179' (lib. VII, 11) sind die Initialen der Datierung nicht rubriziert, sondern mit schwarzer Tinte nachträglich eingesetzt; vgl. Peitz S. 42.*

**37.** a) *Im folgenden bis f. 179' (lib. VII, 12) Papstname schwarz in verlängerter Schrift und z. T. gekürzt, wie schon in lib. VI, 8, 9, vgl. Peitz S. 42.* b) -o *in Rasur R, vgl. Peitz S. 321 A. 3.*

1) *Vgl. n. 33.* 2) *1078—90.*

Sicut nonnulli noverunt, olim te nos admodum dileximus et honorem tuum tam in presenti seculo adaugere quam et in futuro servare studuimus hactenus. Existimavimus enim te, ut nobilem deceret filium, fidem beato PETRO servaturum et decus ipsius in cunctis pro viribus tuis adaucturum. Verum longe nos fefellit opinio et, qui de te nichil tale pridem quivimus credere, nunc advertimus de hac perfidia tua multos non fuisse mentitos. Ecce enim dudum novercam[1] tuam et dominam contra ius et fas de ecclesia trahere invitam et reclamantem eamque nubere nolentem nuptiis tradere violentissime presumpsisti. Episcopum[2] ad apostolorum limina venientem nuper ausus es impedire et, quod ferebat, more predonum auferre. Novissime ecclesiam beati BENEDICTI[3] sacrilego ausu intrare depredari et violare non timuisti et, qui bona ecclesiarum, quoniam fere cuncta quę tenes earum sunt, defendere debueras, tu potissimum temerator ipsarum et dilaniator existis. Quapropter ex parte beati PETRI monemus te, ut, si ipsius iram et beati Benedicti indignationem non vis incurrere, super his omnibus nobis iustitiam facias. Quod si contempseris, ad Deum omnipotentem nos reclamabimus, de cuius misericordia confidimus, quod dabit nobis consilium, quid in tantam arrogantiam et inmoderatam snperbiam tuam facere debeamus. Data Rome XI. Kalendas Maii, Indictione II. | *f. 171.*

## VI, 38.

*Gregor VII. gewährt dem Patriarchen Heinrich von Aquileja auf seine Bitte den persönlichen Gebrauch des Palliums an zwei bestimmten Festtagen.*

*Rom, 1079 Juni 16.*

*R f. 171:* <liber VI> <n. 38>.

*Editio Romana (1591) 3, 791 n. 38. Mansi, Conc. coll. 20, 285 n. 38. Migne, Patr. lat. 148, 542 n. 38. Jaffé, Bibl. 2, 376 n. 38. — Jaffé, Reg. 5131 (3861).*

**<Aquilegiensi episcopo>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Heinrico karissimo in Christo fratri et coepiscopo Aquilegiensi[4] salutem et apostolicam benedictionem.

---

1) *Weder über deren Persönlichkeit noch über die Angelegenheit ist etwas bekannt. Jordans Gemahlin Gaitelgrima war eine Tochter Waimars V. von Salerno, vgl. Chalandon, Hist. des Normands 1, 112/3.* 2) *Dodo v. Roselle. Vgl. zu diesem und zum folgenden Punkt Chron. Cassin. lib. III c. 46 (M. G. SS. 7, 736).* 3) *Monte Cassino.* 4) *Vgl. n. 17a.*

Tuę dilectio fraternitatis per legatum suum humiliter exoravit, quatenus sibi preter eas sollempnitates, quę in privilegio ecclesię vestrę continentur[1], in beati Ödalrici confessoris Christi atque pontificis[2], sed et in beatę Afrę martiris[3] festivitatibus usum pallii concederemus. Cuius ecclesiastici honoris excellentia, sicut pravis et inoboedientibus iuste denegatur, ita bonis et morum honestate preditis apostolica moderatione pro meritis quandoque supereroganda fore videtur. Proinde quia te sincere dilectionis erga nos affectum habere confidimus, quia legatos nostros, Albanensem videlicet episcopum et Paduensem[4], benigne tractasse et fideliter sicut oportuit adiuvisse dinosceris, postremo quia pro componenda pace multum desudasse probaris, petitionem tuam[a] libenter accepimus. Huius igitur tibi precepti auctoritate concedimus, ut in sollempniis beati Ödalrici confessoris atque pontificis et beatę Afrę martyris in missarum celebritate pallio utendi licentiam habeas. Quod tamen tibi in vita tua, non loco tuo, concessum esse cognoscas. Data Rome XVI. Kalendas Iulii, Indictione II.

## VI, 39.

*Gregor VII. fordert den Bischof Rainald von Como auf, den Erwählten Arnulf von Bergamo wegen mehrfacher Klagen zur Verantwortung zu ziehen, und beantwortet eine Anfrage über Amtshandlungen von Simonisten.*

*Rom, 1079 Juni 21.*

*R f. 171:* <liber VI> <n. 39>.

*Editio Romana (1591) 3, 792 n. 39. Mansi, Conc. coll. 20, 286 n. 39. Migne, Patr. lat. 148, 543 n. 39. Jaffé, Bibl. 2, 377 n. 39. — Jaffé, Reg. 5132 (3862). Kehr, Italia pontificia 6, 1 p. 401 n. 9.*

<Cumano episcopo>

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Rainaldo Cumano episcopo[5] salutem et apostolicam benedictionem.

---

**38.** a) a *in Korrektur R.*

1) *Von früheren Pallienprivilegien für Aquileja sind diejenigen Gregors II. JE. 2166, Leos VIII. JL. 3701, Johanns XIX. JL. 4085 erhalten.* 2) *4. Juli.* 3) *7. August.* 4) *Neben Petrus von Albano und Udalrich von Padua nennen Berthold, Ann. 1079 (M.G. SS. 5, 318) und Bonizo, Ad amicum lib. VIII (Lib. de lite 1, 612) irrig Heinrich von Aquileja selbst unter den Legaten, die nach der Fastensynode 1079 zu Heinrich IV. gingen, vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 182 Anm. 15.* 5) *Vgl. lib. I n. 20.*

Tua nobis, frater karissime, missis litteris curavit intimare dilectio A(RNULFUM)[a] Pergamensis ecclesię[1] electum nostro libenter et consilio credere et precepto oboedire. Nos equidem vestrę caritatis, sicut nostis, experientię indubitanter credimus; verumtamen multa de predicto viro ad nostram ex quorundam relatione pervenere notitiam, quę si vera, quod absit, esse constiterit, nos valde contristant et in eo non levi sunt ultione plectenda. Conqueritur enim quidam Gorzo[2] miles eius et signifer cum duobus fratribus atque coheredibus suis castellum quod dicitur Rocca de Glixione[3], quod hactenus utpote proprii iuris sine omni contradictione tenuerunt atque posse | derunt, nunc tam sibi quam consortibus *f. 171r.* suis a supradicto Arnulfo violenter et, quod dictu nefas est, fraudulenter esse subreptum. Cui tamen militi prius cuiusdam quasi securitatis et foederis, tanquam ad tollendum suspicionis metum, quędam fertur callide sacramenta prebuisse et postposito Dei timore cupiditatis perfidiam incurrisse. Nec tali contentus facinore B [b] presbyterum, prefati Gorzi[c] clericum, depredari et suis, ut asserit, omnibus spoliare non metuit. Preterea pestiferas symoniacę heresis nundinas exercere et inter cętera archidiaconatum Pergamensis ecclesię L librarum pretio vendidisse perhibetur[4]. Huc accedit, quod servos Dei, quos, ut religiosum virum decet, tueri et in cunctis adiuvare deberet, e contrario infestare et molestare conatur. Tuę igitur fraternitatis sollicitudo corripiendo sive exhortando studeat atque provideat, quatenus sępedictus electus hec omnia emendare festinet et tam coram Deo quam coram hominibus bonum testimonium habere procuret. Si vero vel omnia hęc vel quędam fortasse negare voluerit, volumus atque precipimus, ut apto tempore et loco nostrę[d] vicis auctoritate eum de obiectis diligenti examinatione discutias et remota omni occasione, quod iustitia dictaverit, modis omnibus exequaris.

---

**39.** [a]) -RNULFUM *von andrer Hand in der vom Registrator gelassenen Lücke ergänzt R; fehlt in T; vgl. Peitz S. 61, N. A. 38, 153 N. 3; 165 N. 2 (die hier erfolgte Zuweisung an die Hand des Revisors des 12. Jahrh. bestreitet Peitz in brieflicher Mitteilung an den Herausgeber).* [b]) *Die für den Namen gelassene Lücke ist leer geblieben R; vgl. Peitz S. 61.* [c]) *So R; vgl. lib. II, 29 N.* c. [d]) -ę *korr. aus* -o *R.*

1) *Bergamo, erwählt 1077, gebannt 1098, doch vielleicht noch c. 1106 auf seinem Sitz sich behauptend, vgl. Schwartz, Bistümer Reichsitaliens S. 101 ff.* 2) *Goizo aus der Familie der Grafen von Martinengo, vgl. Lupi Cod. dipl. Bergomensis 2, 719 not.* 3) *Clusone, vgl. Lupi Cod. dipl. l. c.* 4) *Als Archidiakon erscheint 1081—95 urkundlich Reginfred, vgl. Lupi l. c.*

Quod autem M [e] presbyter filius noster interrogare * curavit, quid de his, qui a symoniacis nescienter et sine pretio ordinati sunt, apostolicę sedis misericors censura decernat, hoc observare te volumus eos, qui ante tempus Nicolay papę[1] sine venalitate a symoniacis ad aliquem gradum[f] promoti sunt, si tamen vita eorum inreprehensibilis esse probatur, per manus impositionem confirmatos in suis ordinibus permanere et ministrare posse[2]. Data Rome XI. Kalendas
*f. 172.* Iulii, Indictione II. | *

## VI, 40.

*Gregor VII. untersagt dem (Grafen) Boso (von La Marche) Bedrängungen der Kirche Neuvy-St. Sépulcre und verweist ihn mit seinen Ansprüchen an die Synode des päpstlichen Legaten Hugo v. Die. Lateran, 1079 Juni 28.*

*R f. 172:* <liber VI> <n. 40>.

*Editio Romana (1591) 3, 792 n. 40. Mansi, Conc. coll. 20, 287 n. 40. Migne, Patr. lat. 148, 544 n. 40. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 636 n. 114. Jaffé, Bibl. 2, 378 n. 40. — Jaffé, Reg. 5133 (3863).*

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Bosoni[a.3]. Ecclesiam sancti Sepulchri de Novo Vico[4], quę iuris ecclesię Ierosolimitanę et censualis eius esse dicitur, huic nostro clerico Symoni regendam commendavimus. Quam ab omni molestia et calumniosa omnium hominum infestatione liberam esse volentes sub tutela nostra esse decernimus. Quapropter quoniam te illam tyrannice invasisse audivimus, te presenti pagina commonemus, ut, si Deum et sanctos apostolos tibi vis habere propitios, ab invasione predictę ecclesiæ de cętero cessare pęnitus debeas nullamque ulterius prefato Symoni molestiam vel clericis ibi Deo servientibus inferre presumas, sed, ut dictum est, libera ab omni perturbatione secura sanctę Ierosolimitanę ecclesię, cui fidelium illam devovit

---

*—* *Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jh.*

e) *Die für den Namen gelassene Lücke (ca. 8 Buchstaben) ist leer geblieben R, vgl. Peitz S. 61.* f) gradu *R.*

**40.** a) -osoni *anscheinend nachgetragen, der Rest der Zeile (etwa ein Drittel) ist freigeblieben R; Peitz S. 321 A. 4 vermutet Rasur.*

1) *II., vgl. c. 6 conc. Lateran. a. 1059 (M. G. Const. 1, 547):* Ut per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbyter obtineat aecclesiam nec gratis nec precio; *vgl. Scharnagl, Begriff der Investitur (Kirchenr. Abh. hsg. von Stutz 56 [1908]) S. 20.* 2) *Das bedeutet eine kleine Einschränkung gegenüber dem lib. V, 14a n. 14 verkündeten Grundsatz, vgl. Martens, Gregor VII. Bd. 1, 306.* 3) *Graf von La Marche (Limoges), 1088—91, Sohn Graf Audeberts († 1088), vgl. Chron. Malleacense ad a. 1088 (ed. Bouquet l. c. 12, 402).* 4) *Neuvy-St. Sépulcre, arr. La Châtre, dép. Indre.*

intentio, Deo propitio ex nostra auctoritate imperpetuum conservetur. Quodsi aliquid iustitię in supradicta ecclesia te habere confidis, ante legatum nostrum Diensem episcopum[1] in concilio, quod proxime celebraturus est[2], te presentare debebis sciens hoc, quod in nullo contra iustitiam te volumus pregravare. Si autem monita nostra immo Dei verba, quod absit, audire contemnens ab illicita et interdicta invasione supradictę ecclesię te cohibere nolueris, excommunicationem, quam in te pro ipsa ecclesia legatus noster Hugo Diensis episcopus in concilio Pictavensi[3] iaculatus est, auctoritate apostolica confirmamus. Data Lateranis IIII. Kalendas Iulii, Indictione II.

---

## < IN NOMINE DOMINI INCIPIT LIBER VII. REGISTRI DOMNI GREGORII PAPE VII. ANNO DOMINICE INCARNATIONIS MILLESIMO LXXVIIII., PONTIFICATUS VERO DOMNI GREGORII ANNO VII., INDICTIONE II. >[a] | *f. 172'.*

## VII, 1.

*Gregor VII. macht dem (Legaten) Subdiakon Hubert Vorhaltungen und gibt ihm Weisungen über eine Reihe von Angelegenheiten. Rom, 1079 September 23.*

*R f. 172': <liber VII> <prima>.*

*Editio Romana (1591) 3, 793 n. 1. Mansi, Conc. coll. 20, 288 n. 1. Migne, Patr. lat. 148, 545 n. 1. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 638 n. 118. Jaffé, Bibl. 2, 379 n. 1. — Jaffé, Reg. 5135 (3864).*

**<Huberto sancte Romane ecclesie subdiacono>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei dilecto in (★) Christo filio Huberto sanctę Romanę ecclesię subdiacono[4] salutem et apostolicam benedictionem.

Miramur nimium et nobis admodum displicere cognoveris te tantas moras hactenus habuisse et ad apostolicam sedem

---

1. [a]) *Diese Überschrift ist erst vom Rubrikator nachgetragen, fehlt in T und den Codices derselben Klasse, doch hat den Wortlaut derselben schon der Registrator am äußeren Blattrande vornotiert, vgl. N. A. 38, 149 f.*

1) *Hugo.* 2) *Zu Lyon, vgl. lib. VII n. 12.* 3) *Vgl. S. 409 A 2.* 4) *Vgl. lib. VI n. 7.*

tandiu distulisse reverti. Neque vero alicuius rei excusatio te satis reddere potest purgatum, excepto si vel causa infirmitatis vel, quod non patuerit aditus redeundi, dimiseris. Nam pecunias sine honore tributas, quanti pretii habeam, tu ipse optime[b] potuisti dudum[c] perpendere. Quapropter sciens, quia propter multa volumus tuam presentiam, reditum tuum quantum potes maturare procura.

Significasti autem nobis Teuzonem[1] quasi ex parte nostra legatum adversus Anglicum regem[c.2] verba fecisse. Quę noveris ex nobis mandata non esse. Verum multa sunt, unde sancta Romana ecclesia adversus eum queri potest. *I, 5, 18, III, 6.* Nemo enim omnium regum, etiam paganorum, contra apostolicam sedem hoc presumpsit temptare, quod is non erubuit facere, scilicet ut episcopos, archiepiscopos ab apostolorum liminibus ullus tam inreverentis et impudentis animi prohiberet[3]. Unde volumus, ut eum nostra vice prudentia tua studeat admonere, quatinus honorem, quem sibi a subditis suis graviter ferret non exhiberi, sanctę Romanę ecclesię non tantopere laboret imminuere et debitas gratias agendo gratiam[d] beati Petri procuret acquirere. Nos enim amicitię[e] nostrę pristinę circa eum memores et apostolicam mansuetudinem, quantum Deo auctore possumus, imitantes hucusque illius culpę pepercimus, qui, si his et similibus, quę tibi nota sunt, modum non imposuerit, omnino sciat se iram beati Petri in se graviter provocaturum.

Audivimus etiam Rotomagensem archiepiscopum sacerdotis filium esse[4]; quod si verum deprehenditur, noveris promotioni illius nos assensum nequaquam tribuere.

De eo autem, quod in Flandria cum Lingonense episcopo[5] *f. 173.* non ex monitis nostris intelleximus te fecisse[6], | scias iniuste

---

b) p *korr. aus* b *R.* c) *Über der Zeile nachgetragen von gleichzeitigem Korr., vgl. N. A. 38, 162 N. 2 (anders in brieflicher Mitteilung an den Herausgeber Peitz, der sie dem Registrator zuweisen will).* d) m *korr. aus* s *R.* e) *Es folgt Rasur von ca. 12 Buchstaben R.*

1) *Vgl. lib. V n. 22.* 2) *Wilhelm I.* 3) *Vgl. lib. VI n. 30.* 4) *Gemeint ist offenbar Wilhelm, 1079—1110, der ein Sohn Bischof Roberts von Seez war (vgl. Gallia chr. 11, 37, Jaffé), und nicht der Mönch Guitmund (so Brial), der zunächst von König Wilhelm I. nach dem Tode Erzbischof Johanns (1078) ernannt war gegen den Protest von Rouen:* quod filius esset presbyteri, *vgl. Ordericus Vitalis Hist. eccl. lib. IV (Bouquet 12, 589); denn dieser, der sich durch Gelehrsamkeit, insbesondere seine Schrift gegen Berengar,* De corpore et sanguine Domini *(Migne 149, 1427 ff.), einen Namen machte, hatte das Bistum ausgeschlagen, kam an die Kurie Gregors VII. und wurde Kardinal, später Bischof von Aversa.* 5) *Hugo, vgl. lib. VI, 7.* 6) *Die Exkommunikation Graf Roberts, gemeinsam mit Bischof Hugo von Langres, vgl. lib. VI n. 7.*

et contra rationem[f] fuisse presumptum, cum nos in partibus illis Diensi episcopo[1] precipue sollicitudinis nostrę vicem de omnibus commiserimus. Quam ob rem monemus, ut ipsum quantotius procures adire et cum eo rationem facti ponere, quatinus in ea re ipse quod corrigendum fuerit corrigat et quod confirmandum corroboret[2].

Preterea monemus te, ut ex parte beati Petri precipias et invites tam Anglicos quam Normannicos ex unoquoque archiepiscopatu vel duos episcopos ad Romanam synodum, quam in XL^ma^ Deo auctore sumus celebraturi[3], venire. Qui si forte murmuraverint et ad eum terminum se dixerint interesse non posse, vel post pascha[4] studeant apostolicę sedi se presentare. Data Rome VIIII. Kalendas Octobris, Indictione III.

## VII, 2.

*Gregor VII. teilt Klerus und Volk von Lucca die Exkommunikation der unbotmäßigen Kleriker (der Kathedrale S. Martino) mit und fordert deren Ausweisung aus dem Gebiet der Stadt.* *Rom, 1079 Oktober 1.*

*R f. 173:* <liber VII> <n. 2>.

*Editio Romana (1591) 3, 794 n. 2. Mansi, Conc. coll. 20, 289 n. 2. Migne, Patr. lat. 148, 546 n. 2. Jaffé, Bibl. 2, 381 n. 2. — Jaffé, Reg. 5136 (3865). — Kehr, Italia pontificia 3, 399 n. 11.*

**<Lucensi clero et populo>**

(||) GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Lucensi clero et[a] populo, exceptis his qui non communicant neque consentiunt excommunicatis[b], salutem et apostolicam benedictionem.

Clericorum vestrę ecclesię diligenter causam examinantes diuque in ea laborantes nullam in eis rationem atque veritatem, sicut decet christianos, invenimus. Quorum mirabilem et inauditam superbiam licet sine audientia[c] secundum synodalem sententiam, quam in se provocaverant[5], punire de-

---

f) *Durch Umstellungszeichen korr. aus* contra rationem et iniuste *R;* contra rationem et iniuste *T.*

2. a) *Zweimal geschrieben R, vgl. Peitz S. 321 A. 5.* b) *So R. T; widersinnig aus Nachlässigkeit des Registrators. Giesebrecht, De registro emendando p. 32 Note tilgt* exceptis; *Jaffé korr.* videlicet *für* exceptis. c) *Korr. aus* audientiam *R.*

1) *Hugo.* 2) *Vgl. S. 161 A. 2.* 3) *Vgl. n. 14a.* 4) *12. April 1080.* 5) *Vgl. lib. VI n. 11.*

buęrimus, mansuetudinis tamen spiritu res eorum audiendas
*cf. VII, 14 a.* esse dignum duximus, ut saltim confusos et convictos ad
*cf. VII, 5.* sanum consilium sensumque humilitatis revocaremus. Nam si in eis aliquid humilitatis signum mens nostra perpendisset, sine aliqua a nobis misericordia non recessissent. Quibus in superbia sua perdurantibus auctoritas beatorum martyrum atque pontificum Fabiani et Stephani coram nobis allata est, quam nos per omnia huic negotio convenire cernentes eos ut rebelles et inoboedientes eiusdem auctoritatis sententia damnavimus. Quam litteris nostris inserendam esse existi-
*f. 173'.* mavimus, ut, quantis sint facinoribus inre|titi quantisve contumeliis digni, liquido pateat. Fabianus[1]: Statuimus[d], si * aliquis clericorum suis episcopis infestus aut insidiator fuerit eosque[e] criminari temptaverit aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum iudicium submotus a clero curię tradatur, cui diebus vitę suę deserviat et infamis absque ulla restitutionis spe permaneat. Stephanus papa[2]: Clericus, qui episcopum suum accusaverit aut ei insidiator * extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est et a gradu debet recedere ac curię tradi|serviendus[f]. Hanc itaque in eos promulgantes sententiam existimavimus, ut saltim terrore tantę auctoritatis ad humilitatem converterentur, sed ipsi dati in reprobum sensum et demersi in diabolicę cecitatis *cf. Rom. 1, 28.* puteum a communione sanctę ecclesię separati et excommunicati recesserunt. Unde nos predictorum sanctorum statuta firmantes ex auctoritate beati Petri eos ab ordinibus et prebendis ecclesię sancti Martini imperpetuum summovemus et decernimus[g] ita, ut nullum deinceps inter canonicos eiusdem ecclesię locum teneant aut prebendarum aliquod solatium seu spem in posterum habeant. Vos itaque, dilectissimi filii, admonemus, immo apostolica auctoritate interdicimus, ut sclerosis[h] contumacię actibus eorum non communicetis neque consilium aut auxilium contra Deum impendatis, sed, ut ipsi illesi et immunes a damnatione[i] eorum permaneatis illique
*cf. VII, 14 a.* ad penitentiam confundantur, infra ambitum civitatis vestrę eos cohabitare non permittatis et, ut tota provincia eorum presentia et contagione mundetur, operam detis. Quod nisi

---

*—* *Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jh.*

d) *Es folgt Rasur von zwei Buchstaben R (vermutlich stand das* ut *der Vorlage da).* e) eoque *R. T.* f) *Korr. aus* serviendum *R.* g) *Giesebrecht, De registro emendando p. 40 korr.* submovemus et secernimus. h) -le- *korr. aus* -lo- *R.* i) damnationē *R.*

1) *Ps.-Isid. Decr. Fab. ep. II c. 21 (ed. Hinschius p. 165), JK. + 93.*
2) *Ibid. Steph. I ep. II c. 12 (l. c. p. 186) JK. + 131.*

feceritis et eos magis quam iustitiam et salutem animarum vestrarum dilexeritis, totius excommunicationis eorum in vos periculum inducetis et iram Dei in presenti et in futura vita sine dubio sentietis. Eos vero, qui illis, ne in superbia sua permaneant et confundantur, restiterint, gratia beati Petri remunerandos censemus | et promittimus. Data Rome Ka- *f. 174.*
lendis Octobris, Indictione III.

## VII, 3.

*Gregor VII. verteidigt gegenüber den Getreuen in Deutschland seine abwartende Haltung und die seinen Legaten erteilten Instruktionen, sofern sie nicht überschritten seien, und mahnt sie zum Ausharren.*

*Rom, 1079 Oktober 1.*

*R f. 174:* <liber VII> <n. 3> = *Hugo v. Flavigny, Chron. lib. II (M. G. SS. 8, 451).*

*Editio Romana (1591) 3, 795 n. 3. Mansi, Conc. coll. 20, 290 n. 3. Migne, Patr. lat. 148, 547 n. 3. Jaffé, Bibl. 2, 383 n. 3. — Jaffé, Reg. 5138 (3867). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 223.*

**<Omnibus fidelibus sancti Petri in Teutonico regno commorantibus>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei omnibus ★ fidelibus sancti Petri in Teutonico regno commorantibus salutem et apostolicam benedictionem.

Pervenit ad nos, quod quidam ex vobis de me dubitant, tanquam in instanti modo necessitate usus sim seculari levitate. Qua certe in causa nullus vestrum preter instantiam preliorum maiores me et patitur angustias et suffert iniurias. *cf. I, 1, 9, 62 II, 9, 49. V,*
Quotquot enim Latini[a] sunt, omnes causam Heinrici preter admodum paucos laudant ac defendunt et pernimię duritię ac impietatis circa eum me redarguunt. Quibus Dei gratia omnibus sic restitimus hactenus, ut in neutram adhuc partem, nisi secundum iustitiam et equitatem, secundum nostrum intellectum declinaremus. Nam si legati nostri[1] aliquid contra, quod illis imposuimus[2], egerunt, dolemus. Quod ipsi tamen,

---

**3.** [a]) *Die Lesart* laici *bei Hugo, die Jaffé in den Text aufnahm, ist willkürliche und falsche Korrektur, vgl. IX, 3:* fiducia, ut Italici remoti ab Heinrico . . . b. Petro fideliter adhereant, *vgl. auch Giesebrecht, Kaiserzeit 3*[5]*, 1161, Meyer v. Knonau l. c. S. 224 N. 84.*

1) *Petrus von Albano und Udalrich von Padua, vgl. lib. VI n. 38.*
2) *Vgl. JL. 5137 (aber nicht zum 1. Oktober, sondern zum Juni gehörig, vgl. Giesebrecht, Kaiserzeit 3*[5]*, 1160, Meyer v. Knonau, Jahrb, 3, 223 A. 83).*

sicut comperimus, tum violenter coacti tum dolo decepti fecerunt. Nos vero iniunximus eis, ut locum ac terminum communiter statuerent oportunum, ad quem sapientes nostros et idoneos legatos propter discutiendam causam vestram dirigeremus, atque ut in sedes suas episcopos restituerent et abstinere ab excommunicatis docerent. Si quid contra hec vel decepti vel coacti fecerunt, non laudo. Sciatis indubitanter, quoniam Deo gubernante nemo hominum sive amore sive timore aut per aliquam cupiditatem potuit me unquam aut amodo poterit seducere a recta semita iustitię. Vos itaque, si re vera et in caritate non ficta fideles Dei atque sancti Petri estis, nolite in tribulationibus deficere, verum ut boni emulatores in incepta fidelitate immobiles perdurate, quoniam: 'Qui perseveraverit[b] usque in finem, hic salvus erit'. [In][c] prȩsentiarum modo nichil vobis aliud de predicto negotio mandare possumus, quia nuntii nostri nondum sunt reversi. Quibus utique venientibus, secundum quod ab ipsis intellexerimus, vobis quantotius possumus veraciter indicabimus. Data Rome Kalendis Octobris, Indictione III.

*cf. I, 3, 19, VII, 23.* *cf. 2. Cor. 6, 6.* *cf. I, 37.* *Matth. 10, 22.* *f. 174'.*

## VII, 4.

*Gregor VII. verbietet dem Ritter Wezelin, den von der Kurie bestellten König (Zvonimir-Demetrius) von Dalmatien zu befehden. Rom, 1079 Oktober 7.*

*R f. 174:* <liber VII> <n. 4>.

*Editio Romana (1591) 3, 796 n. 4. Mansi, Conc. coll. 20, 290 n. 4. Migne, Patr. lat. 148, 548 n. 4. Jaffé, Bibl. 2, 384 n. 4. Rački, Documenta hist. Chroaticae periodum antiquam illustrantia (1877) p. 124 n. 107. — Jaffé, Reg. 5140 (3869).*

**<Wezolino nobili militi>**

(||) GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Wezelino nobili militi[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Scias nos de prudentia tua multum mirari, ut, qui te esse dudum beato Petro et nobis fidelem promiseris, contra eum, quem in Dalmatia regem[2] auctoritas apostolica constituit[3], tu modo coneris insurgere. Quapropter nobilitatem tuam

---

b) perseverit *R.* c) *Fehlt R. T.*

1) *Vermutlich ein kärntnerischer Graf, vgl. Sišić, Gesch. der Kroaten (1917) S. 304.* 2) *Zvonimir-Demetrius.* 3) *Im Jahre 1076, vgl. den bei der Krönung geleisteten Eid in den Akten der dalmatinischen Legatensynode bei Deusdedit, Coll. can. lib. III c. 278 (150) (ed. Martinucci p. 331;*

monemus et ex parte beati Petri precipimus, ut adversum iamdictum regem deinceps arma capere non presumas sciens, quicquid in illum ausus fueris, procul dubio te in apostolicam sedem facturum. Si vero adversus ipsum aliquid te forte te[a] dicis habere, a nobis iudicium debes expetere et expectare iustitiam potius, quam contra eum ad iniuriam sedis apostolicę manus tuas armare. Quodsi te temeritatis tuę non poenituerit, sed contra mandatum nostrum contumaciter ire temptaveris, scias indubitanter, quia gladium beati Petri in audaciam tuam evaginabimus et eodem pertinaciam tuam et omnium, qui tibi in ea re faverint, nisi resipiscas, multabimus. Sin vero oboediens, sicut christianum decet, prudenter extiteris, gratiam beati Petri et apostolicę sedis benedictionem sicut obtemperans filius consequeris. Data Rome IIII. Nonas Octobris, Indictione III.

## VII, 5.

*Pastoralschreiben an König Haakon (Harald Hein) von Dänemark. Rom, 1079 Oktober 15.*

*R f. 174′:* <liber VII> <n. 5>.

*Editio Romana (1591) 3, 797 n. 5. Mansi, Conc. coll. 20, 291 n. 5. Migne, Patr. lat. 148, 549 n. 5. Jaffé, Bibl. 2, 384 n. 5. — Jaffé, Reg. 5141 (3870); Reg. dipl. hist. Danicae 1, 31 n. 149.*

**<Regi Danorum>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Acono[1] (★) regi Danorum salutem et apostolicam benedictionem.

Sincero caritatis affectu dilectioni tuę congratulamur, quia, licet in ultimis terrarum finibus positus, ea tamen, quę ad christianę[a] religionis cultum pertinere noscuntur, vigilanter studes inquirere et quod[b] sanctam Romanam ęcclesiam matrem tuam et universorum recognoscens ipsius documenta tibi

---

4. a) *So R, in T ist die Verdoppelung gestrichen; doch vgl. lib. II, 6 N.* b, *IV, 2 N.* b.

5. a) XP *korr. über* r *R.* b) *Es folgt* in *getilgt R.*

*Wolf v. Glanvell p. 383), Albinus lib. X, 31, Cencius Lib. cens. n. LXXII (ed. Fabre-Duchesne 1, 356) (vermutlich aus gemeinsamer archivalischer Quelle). Vgl. dazu Sišić l. c. S. 284 ff. und über einen ursprünglich anderen kroatischen Successionsplan Gregors VII. oben lib. II, 51, S. 194 A. 1.*

1) *Vielmehr Harald Hein. Der Name ist hier und in n. 21 im Konzept vermutlich nur mit A. notiert gewesen und vom Registrator falsch ergänzt worden; vgl. Giesebrecht, Kaiserzeit 3 [5], 1164 und den ähnlichen Fehler in lib. I, 74, S. 105 A. 4.*

exoptas et exposcis. Volumus etiam atque monemus, ut in his studiis et desideriis devotio tua persistens et, quantum pietas divina prestiterit, crescens nullatenus a proposito recto
*f. 175.* deficiat, sed ad meliora coti | die, sicut prudentem virum et regiam decet constantiam, roboretur. Animadvertere siquidem debet excellentia tua, quod, quanto pluribus supereminet
*cf. VII, 9, 14.* ac dominatur, tanto magis sibi subditos potest exemplo suo
*cf. VII, 2.* aut ad deterius, quod absit, inflectere aut ad sanum consilium ignavos etiam provocare. Intueri quoque prudentiam tuam
*VII, 6, 11, 21.* necesse est, temporalis vite gaudia quam sint caduca, quam fugitiva, quę, etsi vita diu crederetur mansura, tamen sepę multis adversis ex inproviso surgentibus secura stare non possunt. Unde summopere curare oportet, ut ad illa, quę transire nesciunt et habentem deserere nequeunt, gressus tuos constanter dirigas et affectum mentis intendas. Cuperemus nimium certe de vestris aliquem prudentem clericum ad nos venire, qui et vestrę gentis mores seu continentias sciret nobis pleniter intimare et apostolicę sedis documenta sive mandata plenius eruditus ad vos posset perferre. DATA ROME Idibus Octubris.

## VII, 6.

*Pastoralschreiben an den König Alfons (VI. von Leon) mit Übersendung einer Reliquie von Petri Ketten und Empfehlung des Legaten, Kardinal Richard.*

*Rom, 1079 Oktober 15.*

*R f. 175:* <liber VII> <n. 6>.

*Editio Romana (1591) 3, 797 n. 6. Mansi, Conc. coll. 20, 291 n. 6. Migne, Patr. lat. 148, 549 n. 6. Jaffé, Bibl. 2, 385 n. 6. — Jaffé, Reg. 5142 (3871).*

**<Glorioso regi Hispaniarum>**

(★) || GREGORIUS episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio A. glorioso regi Hispaniarum[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Omnipotenti Deo laudes et gratias agimus, qui gloriam vestram gratia suę visitationis illustrans beato PETRO apostolorum principi fide ac devotione coniunxit[a], cui omnes principatus et potestates orbis terrarum subiciens ius ligandi atque solvendi in cęlo et in terra contradidit. Qua de re et

*cf. Matth. 16, 19.*

---

6. a) x *auf Korrektur R.*

1) *Alfons VI. von Leon, vgl. lib. I n. 64, 83.*

vobis merito gaudendum est, quoniam eo ampliora vobis parata sunt premia, quo divina dignatio correctionem regni vestri, quod diu in herrore perstiterat, usque ad vestra reservavit tempora, ut veritatem Dei et iustitiam, qua illi, qui vos precesserunt, rectores et principes et universus populus tot annis tum cecitate ignorantię tum obstinata temeritate
* caruerant, vestra mereretur suscipere | sublimis humilitas *f. 175'.* et fidelis oboedientia. Verum quia omne opus bonum non tam ab inceptu quam ex fine suo retributionis debitum spectat, excellentiam vestram paterna caritate monemus, ut, quod a legatis nostris de religione fidei et ecclesiastici[b] ordinis accepistis[1] et adhuc Deo auctore accepturi estis, firmiter teneatis, quia, sicut certa spes salutis est his, qui in observatione fidei et doctrinę huius sanctę apostolicę sedis permanent, ita illis, qui ab eius concordia et unitate exhorbitaverint, haut[c] dubię dampnationis terror imminet. Et quidem de vobis bene speramus, quoniam relatione dilecti filii nostri Richardi cardinalis presbyteri sanctę Romane ecclesię, quem nunc secundo ad vos mittimus[2], bonam voluntatem vos habere intelleximus. Sed quoniam devota corda semper ammonitione gaudent et ipse etiam virtutes exercitio indigent, hortamur eminentiam vestram, ut ab hac *cf. VII, 5, II, 2* terrena et caduca dignitate ad illam, quę cęlestis et ęterna est, mentem[d] levet, hac utatur sicut transitoria et cito peritura, illam appetat, quę ęternitatem pariter habet et glorię plenitudinem. Attendere enim et sollicite pensare debetis, quoniam cottidie ad finem vitę volentes nolentesque properatis et, quicquid divitiarum honoris potentię nunc arridet, vicina mors, cum minime putatur, rapiet et omnia tenebris et amaritudine claudet. Quę ergo in illis spes quę gloria quę delectatio aut desiderium esse debet, quę se amantes decipiunt sequentes fugiunt habentes derelinquunt? Quanto autem in his quisque minus delectatur minusque elatione super se rapitur, tanto securius ad ea, quę vera sunt bona, deducitur. Cuius rei exemplum ipse dominus ac salvator noster Iesus Christus aperte monstravit, cum oblatum sibi

*—*S. 467* Am Rand ein die ganze Seite einnehmendes Notazeichen des 12. Jh. und:* Commonitionem *von Hand des Revisors (12. Jh.), vgl. N. A. 38, 167.*

b) s *am Ende gestrichen R.* c) h *von andrer Hand über der Zeile hinzugefügt R.* d) mente *R. T.*

1) *Vgl. lib. I n. 64.* 2) *Die erste spanische Legation Richards erfolgte 1078, vgl. lib. V n. 21.*

*f. 176.* ab hominibus regnum pia humilitate respuit, nec speciem ✻ *cf. Jo. 6, 15.*
*cf. VIII, 21.* quidem terrenę sublimitatis in oculis hominum[e] gerere voluit[1], qui in hunc mundum, ut nos ad regnum cęleste[f] reduceret, venit. Quapropter sicut carissimum filium vos ammonemus, ut hęc sedulo vobiscum cogitantes coram illo vos exhibeatis humilem, qui vos constituit valde sublimen et inter omnia et pre omnibus Deo placere studentes commissa vobis regni gubernacula ita amministrare cum Dei adiutorio procuretis, quatenus vestra eminentia nullum futurę abiectionis aut infortunii casum sentiat, sed ad coronam incomparabilis regni et solium ęternę glorię transeat.

Ut autem nostra exhortatio cordi vestro altius inprimatur, ex more sanctorum[g] misimus vobis claviculam auream, in qua de catenis beati PETRI benedictio continetur[2], quatenus per eius presentia patrocinia uberiora eius erga vos[h] beneficia sentiatis et in amore ipsius de die in diem ferventes accendamini promerentes, ut omnipotens Deus, qui illum ammirabili potentia a nexibus ferreis liberavit, eius meritis et intercessionibus vos ab omnibus peccatorum vestrorum vinculis absolvat et ad gaudia ęterna perducat[3].

Ad hęc commendamus vobis hunc dilectum filium nostrum, quem, sicut supra diximus, nunc secundo ad vos mittimus, ut eum sicut nos audiatis et in omnibus sibi favorem exhibeatis, quatenus non fiat inanis cursus et labor illius apud vos, sed pro commissa sibi legatione ea, quę de ecclesiasticis causis tractanda invenerit, efficaciter exequi et ad statum rectitudinis Deo adiuvante perducere valeat. Cętera vero, quę hic minus continentur, in eius ore posuimus. Cui vos in nullo credere dubitetis, per quem nostram vobis auctoritatem representari cognoscitis. Data[i] Rome XVIII. Kalen-
*f. 176'.* das Novembris[k], Indictione III[i].

---

e) -ū *korr. aus* -ē *R.* f) *Korr. aus* celestē *R; vgl. lib. VI, 1 N.* e. g) *Giesebrecht, De registro emendando p. 40 ergänzt* predecessorum nostrorum, *Jaffé* patrum. h) *Korr. aus* nos *R.* i—i) *Nachträglich hinzugefügt, vgl. Peitz S. 40, 63, 321 A. 6.* k) *So R. Diese Tagesbezeichnung ist auffällig, da sie den Iden des Oktober entspricht, und ist durch Irrtum in der Bezeichnung oder Fehler in der Überlieferung zu erklären; vgl. die von Aicher, Beitr. z. Gesch. der Tagesbezeichnung im Mittelalter (Innsbruck 1912) S. 64 A. 2 angeführten Fälle.*

1) *Vgl. hierzu Martens, Gregor VII. Bd. 2, 18f.* 2) *Über diesen Brauch vgl. Caspar, Pippin und die römische Kirche (1914) S. 3 A. 3.* 3) *Einer der für Eigendiktate Gregors charakteristischen* Omnipotens Deus-*Schlußsätze, vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 121 ff.; das Folgende ist dadurch wie in II, 73 als Nachschrift charakterisiert, vgl. auch VII, 23 und VII, 16 (Empfängerüberlieferung).*

## VII, 7.

*Gregor VII. bestellt den Legaten Kardinal Richard zum Nachfolger seines verstorbenen Bruders (Abt Bernhard von St. Victor) in Marseille und zugleich zum Abt von St. Paul (in Rom).* *Rom, 1079 November 2.*

*R f. 176′:* <liber VII> <n. 7>.

*Editio Romana (1591) 3, 799 n. 7. Mansi, Conc. coll. 20, 293 n. 7. Migne, Patr. lat. 148, 551 n. 7. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 638 n. 119. Jaffé, Bibl. 2, 388 n. 7. — Jaffé, Reg. 5143 (3872).*

**<Riccardo cardinali in legatione Hyspanie constituto>**

(||) GREGORIUS EPISCOPUS[a] servus servorum Dei Riccardo cardinali in legatione Hyspanię constituto[1] salutem et apostolicam benedictionem. ★

Unanimitas fratrum Massiliensium in litteris suis sanctę memorię fratris tui[2] memorans obitum novo me dolore sautiavit petens insuper contemplatione amoris sancti fratris tui teque velut ipsum alterum futurum sperans, uti sibi te concederem in abbatem. Quod et feci. Volo ergo, ut fratres tuos[b] nullo modo pertinaciter resistendo contristes, sed voluntati Dei et sanctorum fratrum facile acquiescas. Volumus etiam atque monemus, ut, in quantum potes, spes tantorum fratrum de te vana non fiat, sed spiritum sanctum fratris tui viriliter induas, secularia ac iuvenilia desideria ut mortem fugias, sanctę regulę medullitus te astringas, ne occasione tuę iuventutis monasterium sanctum, quod avertat[c] Deus, patiatur aliquod detrimentum religionis. Notum autem tibi facio, quia desiderium mihi est monasterium beati Pauli apostoli et monasterium Massiliense tanta caritatis unione[3] constringere, ut et illud semper pro amore beatissimi Pauli ex apostolica auctoritate succrescat et beatissimi Pauli monasterium ad sanctam religionem ex illius monasterii religione proficiat. Postquam autem Deo auctore monasteria tua bene composueris, legationem tibi commissam ad Hyspanias perficere non moreris. Data Rome IIII. Nonas Novembris, Indictione III.

---

7. a) *Zusammen mit dem Papstnamen nachgetragen R, vgl. Peitz S. 42 und unten n. 15—17.* b) *Ein* n *davor getilgt R* c) -rtat *auf Rasur R.*

1) *Vgl. n. 6.* 2) *Abt Bernhards von St. Victor in Marseille (s. lib. V n. 16), † 20. Juli 1079, vgl. Bertholdi Ann. 1079 (M.G. SS. 5, 324), Bernoldi Notae necrologicae (M.G. Necrol. 1, 658).* 3) *Vgl. lib. VI n. 15.*

## VII, 8.

*Parallelschreiben zu n. 7 an die Mönche von St. Victor in Marseille.* *Rom, 1079 November 2.*

*R f. 176':* <liber VII> <n. 8>.

*Editio Romana (1591) 3, 799 n. 8. Mansi, Conc. coll. 20, 293 n. 8. Migne, Patr. lat. 148, 551 n. 8. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 639 n. 120. Jaffé, Bibl. 2, 388 n. 8. — Jaffé, Reg. 5144 (3873).*

<**Massiliensis congregationis fratribus**>

★ GREGORIUS episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo Massiliensis congregationis fratribus salutem et apostolicam benedictionem.

Non dubitamus fraternitatis vestrę dilectionem meroris et tristitię plenam super venerandi patris sui[1] excessu vehementi dolore constringi. De cuius transitu profecto nemini maius incommodum quam nobis aut ęque magnum evenisse putamus, qui talem tantumque adiutorem nobis e latere subductum sentimus. Intelleximus siquidem in ipsius prudentia et consilio, si vita aliquandiu comes maneret, plurimum utilitatis Deo favente non solum in transalpinis verum
*f. 177.* etiam in Italię partibus cum multorum salute | sanctę Romanę ecclesię proventurum. Unde nos quoque tanti culmi-
*vgl. I, 3, 6, 9, 39, VII, 8.* nis onus quod ultra vires est sustinentes eiusmodi solatio sublato, cum neminem aut vix paucos suffragatores similes inveniamus, quanto mentis angore teneamur, liquido quidem potestis et ipsi perpendere. Verum quia omnipotentis Dei inęstimabilis providentia omnia iuste et sapienter disponit, iudicia eius, nimirum recta consilia ipsius ęquitatis et misericordię plena nobis sunt, fratres, ęquanimiter ferenda. Et quoniam memoratus pater vester, quod vivendo promeruit,
*vgl. III, 21, V, 21.* obeundo incunctanter est Abrahę sinu receptus, nos dulci illius memoria a vobis stricti[a], precipue etiam divino amore monente locum vestrum specialiter diligere iuvare et ab omnibus violentis sicut ecclesię Romanę specialiter herentem defendere decrevimus et quemadmodum Cluniacense[b] monasterium longo iam tempore sedi apostolicę constat esse unitum, ita quoque, vestrum deinceps ut eidem sedi similiter hereat imperpetuum, volumus atque sancimus[2]. Audivi-

---

8. a) *So R. T, anscheinend durch falsche Auflösung einer Korrektur der Konzeptvorlage; Jaffé korr.* vobis astricti. b) -se *korr. aus* -sē *R; vgl. oben n. 6 N.* e.

1) *Bernhard, vgl. n. 7.* 2) *Gemeinsam mit St. Paul in Rom, vgl. lib. VI n. 15.*

mus autem, quod caritas vestra filium nostrum et presbyterum cardinalem Riccardum loco[c] germani ipsius in abbatem velit eligere. Quam denique electionem nos approbamus et apostolica auctoritate firmamus, in hoc item vobis obnoxii et quasi vinculis geminatis annexi, quod sanctę Romanę ecclesię filium rectorem vobis appetitis. Oportere igitur arbitramur omnium bonorum dispensatorem exorare, quatinus ipsum eum saluti vestrę ita vigilantem provisorem efficiat, ut is pro salubri cura et talentis multiplicatis ęternę hereditatis dona percipiat et premia beata reportans matrem suam lętificet. Data Rome IIII. Nonas Novembris, Indictione III.

## VII, 9.

*Gregor VII. beauftragt oberitalienische Bischöfe, gegen die Absicht des Markgrafen Bonifaz (del Vasto), die Verlobte seines verstorbenen Bruders zu heiraten, einzuschreiten.*

*Rom, 1079 November 3.*

*R f. 177:* <liber VII> <n. 9>.

*Editio Romana (1591) 3, 800 n. 9. Mansi, Conc. coll. 20, 294 n. 9. Migne, Patr. lat. 148, 552 n. 9. Jaffé, Bibl. 2, 390 n. 9. — Jaffé, Reg. 5145 (3874). Kehr, Italia pontificia 6, 2 p. 357 n. 1.*

**<Astensi Taurinensi episcopis et electo Aquensi>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei fratribus et coepiscopis Astensi[1] Taurinensi[2] et electo Aquensi[3] salutem et apostolicam benedictionem.

PERvenit ad nos, quod Bonifatius marchio[4], germanus Mainfredi[5] et Anselmi nuper interemptorum, eiusdem Anselmi | desponsatam conatur sibi in coniugium copulare. Quod quam sit flagitii plenum, quam a christianę religionis legibus alienum, nemo, qui sacros canones novit, potest ambigere[6]. Quapropter dilectioni vestrę precipimus, ut illum nostra vice convenientes commoneatis, quatinus contra sanctorum patrum statuta tali

*f. 177'.*

---

c) c *korr. aus* g *R.*

1) *Ingo, vgl. lib. III n. 9.* 2) *Cunibert, vgl. lib. VI n. 6.* 3) *Vgl. lib. I n. 27 S. 44 A. 2.* 4) *Del Vasto aus dem Hause der Aledramiden, vgl. Savio in Atti dell' accad. delle scienze di Torino 22, 87 ff.* 5) *Der Vater der Gräfin Adelasia von Sicilien, vgl. Savio l. c. S. 98, Chalandon Hist. des Normands 1, 351 A. 5.* 6) *Die sachlich maßgebende Vorlage scheint vielmehr Heinrichs III. Züricher Konstitution von 1052 (M. G. Const. 1, 101 n. 53). Doch hat auch Anselm, Coll. can. lib. XI, 93 = Gratian c. 13 C 27 qu. 2 bereits eine einschlägige, fälschlich auf Gregor I. inskribierte Dekretale. Vgl. dazu v. Hörmann, Quasiaffinität 2, 223 ff.*

tamque nefario conubio desistat ulterius operam dare. Quodsi se ad hoc perpetrandum iuramento putat astrictum teneri, pernitiosę obligationis stultum pactum non observandum sed in irritum devocandum esse censemus et vobis taliter habendum mandamus. Sin vero contra salutem suam animo indurato in placito tam nefando perstiterit et salubribus monitis, sicut christianum decet, obtemperare contempserit, vos in eum primi canonicam sententiam promulgate, quam nos exinde Deo auctore firmabimus et apostolica potestate roborabimus, ne ceteri hoc exemplo ducti aut in deteriora labantur aut similia sibi licere forte existiment. Data Rome III. Nonas Novembris, Indictione III.

*cf. VII, 10.*

*cf. VII, 5, 13, 14.*

## VII, 10.

*Gregor VII. fordert von den Bischöfen und Großen der Bretagne eine Reform der Bußpraxis auf einer Synode unter dem Vorsitz seines Legaten Amatus von Oleron.*

*Rom, 1079 November 25.*

*R f. 177[1]:* ⟨liber VII⟩ ⟨n. 10⟩.

*Editio Romana (1591) 3, 801 n. 10. Mansi, Conc. coll. 20, 295 n. 10. Migne. Patr. lat. 148, 553 n. 10. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 640 n. 121 (Auszug). Jaffé, Bibl. 2, 391 n. 10. — Jaffé, Reg. 5146 (3875).*

⟨**Episcopis sacerdotibus principibus aliisque omnibus in Brittannia commorantibus**⟩

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei episcopis sacerdotibus principibus aliisque omnibus in Brittannia commorantibus salutem et apostolicam benedictionem, si oboedierint.

Sacerdotalis culminis dignitas tum imperitia tum neglegentia sacerdotum, sicut vestra dilectio novit, ex longo iam tempore peccatis exigentibus olim[a] fuit collapsa. Ex qua quidem re quasi ex pestifera radice innumera mala exhorta sunt, adeo ut usque ad hęc nostra tempora inter cetera quę male pullulant vitia falsę nichilominus pęnitentię consuetudo inoleverit. Quapropter quia nobis pro officii nostri consideratione et sollicitudinis magnitudine imminet hęc et huiusmodi, quantum possumus Domino largiente, corrigere, volumus atque apostolica auctoritate precipimus, ut legatum nostrum, Amatum videlicet Olorensem episcopum[1], cui vicem

*cf. I, 9, IV, 4.*

---

**10.** a) *Nachträglich durchstrichen in R;* olim *T.* –

1) *Vgl. lib. VI n. 25.*

nostram in partibus vestris commisimus, studeat vestra fraternitas reverenter convocare | et, ut illo agente synodale *f. 178.*
concilium congregetur[b], ubi cum de aliis, quę ad salutem pertinent animarum, tum etiam de pęnitentię consultatione[c] diligentius pertractetur. Qua in re hoc summopere vos cavere
* oportet aliosque monere debetis, quia[1], si quis in homicidium adulterium periurium vel aliquod huiusmodi lapsus in aliquo talium criminum permanserit aut negotiationi, quę vix agi sine peccato potest, operam dederit aut arma militaria portaverit, excepto si pro tuenda iustitia sua vel domini vel amici seu etiam pauperum nec ⟨non⟩[d] pro defendendis ecclesiis, nec tamen sine religiosorum virorum consilio sumpserit, qui ęternę salutis consilium dare sapienter noverunt, aut aliena bona iniuste possederit aut in odium proximi sui exarserit, vere penitentię fructum facere nullatenus potest. Infructuosam enim pęnitentiam dicimus, quę ita accipitur, ut in eadem culpa vel simili deteriori vel parum minori permaneatur. Unde quisquis digne vult pęnitere, necesse est, ut ad fidei recurrat originem et, quod in baptismo promisit, diabolo scilicet pompisque illius abrenuntiare et in Deum credere, videlicet recta de eo sentiendo mandatis ipsius oboedire, sollicitus sit vigilanter custodire. Quicunque ergo taliter pęnituerit, quoniam aliter simulatio dici potest, non pęnitentia, illi peccatorum suorum remissionem apostolica freti potestate *cf. VII, 9.*
largimur, insuper ęternę beatitudinis gaudia de omnipotentis Dei[e] misericordia confisi promittimus. Data Rome VII. Ka-
* lendas Decembris, Indictione III.

---

*—* *Am Rand ein Notazeichen des 12. Jh.*

b) *Wegen der stilistischen Härten nimmt Jaffé mit Unrecht Verstümmelung des Satzes an.* c) *Giesebrecht, De registro emendando p. 40 korr.* consuetudine *(vgl. S. 471 Z. 32), Jaffé* constitutione. d) *Später über der Zeile hinzugefügt R; fehlt in T.* e) dñi *R.*

1) *Vgl. zum Folgenden den Bußkanon der römischen Herbstsynode von 1078, lib. VI n. 5b n. 14. 15 sowie c. 5 der Fastensynode von 1080, vgl. lib. VII, 14a.*

## VII, 11.

*Gregor VII. macht dem Böhmenherzog Wratislav Vorwürfe wegen seines Umgangs mit Gebannten, verweigert ihm den Gebrauch der slavischen Sprache im Gottesdienst und vertröstet ihn wegen der Sendung von Legaten auf später.*

*Rom, 1080 Januar 2.*

*R f. 178:* <liber VII> <n. 11>.

*Editio Romana (1591) 3, 802 n. 11. Mansi, Conc. coll. 20, 296 n. 11. Migne, Patr. lat. 148, 554 n. 11. Jaffé, Bibl. 2, 392 n. 11. Friedrich, Cod. dipl. et epist. Moraviae 1, 87 n. 81. — Jaffé, Reg. 5151 (3878). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 324.*

<**Duci Boemiorum**>

★ GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Wratizlao Boemiorum duci[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Huiusmodi salutationis nostrę consuetudinem, scilicet apostolicę benedictionis, eam tibi mittentes non sine hesitatione modo servavimus, propterea quod videris excommunicatis ipse communicare[2]. Quicunque enim bona ecclesiarum invadunt, id est sine certa licentia episcoporum vel abbatum diripiunt vel ab aliqua persona accipiunt, non solum ab apostolica sede hoc tempore[3], verum etiam a multis sanctis patri-
*f. 178'.* bus, sicut | in scriptis eorum repperimus[a]. Verum, utcunque se res habeat, saluti tuę internę providere non modo ex antiqua tui dilectione movemur[b], verum etiam ex suscepti honoris immo laboris intuitu profecto compellimur eoque magis, quod multorum profectui tua sublimitas esse potest exemplum. Neque enim hoc tibi relinquitur vel dicere vel cogitare: * 'Meum non est alienam vitam vel mores in spiritualibus exquirere sive distringere'. Procul[c] dubio nanque tantorum reus existis, quantorum vias ab interitus precipitio poteras volens[d] reflectere. Illud quoque vigili mente pertractes
*cf. II, 31, 49, III, 10, VII, 25, VIII, 21.* oportet, ne honorem tuum divino honori seu pecuniam preponas iustitię, neu, quod in te cinerem a subdito tibi consimili fieri non sine gravi animadversione patereris, in crea-

---

*—*S. 474* Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jh.*

11. a) *Hier ist das Verbum des Hauptsatzes (*condemnantur *(?) Friedrich) und vielleicht noch mehr versehentlich vom Registrator ausgelassen; was in R selbst bereits später durch zwei Punkte vermerkt ist. Giesebrecht De registro emendando p. 41 ergänzt* a multis sanctis patribus olim pro excommunicatis habebantur. b) *Korr. aus* monemur *(so Friedrich) R.* c) P *korr. aus* p *R.* d) *Jaffé korr. falsch* nolens, *vgl. Friedrich l. c.*

1) *Vgl. lib. II n. 71.* 2) *Nämlich mit Heinrich IV., dessen treuer Anhänger er war.* 3) *Vgl. c. 1 der Novembersynode 1078 lib. VI, 5b, S. 402.*

torem tuum et omnium presumi ęquanimiter feras. Indubitanter etenim non Dei, sed diaboli membra et falsi christiani convincuntur, qui suas iniurias persecuntur[e] usque ad sanguinem et Dei contumelias negligunt usque ad oblivionem. Divitias autem, potentia tua quas habet, non ob meritum datas sed ob sollicitudinem putare debet sibi commissas. Denique non tantum secularibus honeri videtur inopia, quantum spirituales viros gravant divitię, simul etiam diffusa potestas[1]. Perpendunt quippe, si ille, cui una ovis sub necis suę conditione committitur, non solum centum eodem pacto non cuperet recipere, verum etiam illam, ne aliquo casu dispereat, haud sine timore sollicitus est observare, quod sibi tanto sit inremissius vigilandum magisque timendum, quanto super plures curam seu potestatem accipiunt. His ita perspectis ad maiorem te mentis vigilantiam presentis seculi fugacitas invitat et, cum illud, quod in hac luce magis diligitur, vita scilicet presens, ad occasum furtim festinet, profecto, quo magis ad districti examinis diem propinquas, eo
* amplius ad ęterna promeditanda et adipiscenda te sana ratio mittit. Hęc itaque nostra monita sive mandata volumus immo iubemus, ut ante suę mentis oculos excellentia tua sępius ponat | et crebrius legendo audiendo meditetur, non *f. 179.* quod elegantius scripta nequeas in sanctorum paginis invenire, sed quia hęc ad te specialiter ex nobis, immo ex beato Petro missa sunt et ista frequentius recogitando poteris Deo propitiante ad potiora cognoscenda exurgere.

* Quia vero nobilitas tua postulavit, quo[f] secundum Sclavonicam linguam apud vos divinum celebrari annueremus officium, scias nos huic petitioni tuę nequaquam posse favere. Ex hoc nempe sępe volventibus liquet non immerito sacram *cf. II, 50.* scripturam omnipotenti Deo placuisse quibusdam locis esse occultam, ne, si ad liquidum cunctis pateret, forte vilesceret et subiaceret despectui aut prave intellecta a mediocribus in errorem induceret. Neque enim ad excusationem iuvat, quod quidam religiosi viri hoc, quod simpliciter populus querit, patienter tulerunt seu incorrectum dimiserunt, cum primitiva ecclesia multa dissimulaverit, quę a sanctis patribus postmodum firmata christianitate et religione crescente subtili examinatione correcta sunt. Unde, ne id fiat, quod a vestris inprudenter exposcitur, auctoritate beati Petri inhibemus te-

*cf. I, 23, 46, III 18, VII, 14a.*

*cf. VII, 5, 6, 21*

---

*—*S. 475* Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jh.*

e) -secuntur *in Korrektur R.* f) *So R. T; Jaffé-Friedrich korr.* quod.

1) *Vgl. hierzu Meltzer, Bischofswahlen unter Gregor VII.* [2] *S. 195.*

que ad honorem omnipotentis Dei huic vane temeritati viribus totis resistere precipimus.

De legato autem nostro, quem mitti ad se devotio tua poposcit, noveris item nos preces tuas ad presens commodę efficere minime potuisse. Tamen in hoc anno divina favente clementia tales procurabimus invenire personas, quę et negotiis vestris valeant utiliter deputari et necessitudines vestras plenius cognoscentes ad notitiam nostram deducere. Ut ergo tute possimus ad vos legatos nostros dirigere, necesse arbitramur et volumus, ut filium nostrum Fredericum [1] et hunc Felicem [2] ad nos iterum studeas aut horum alterum mittere, quatinus ita possint, quos destinabimus, secure venire. Data Rome IIII. Nonas Ianuarii, Indictione III.

## VII, 12.

*Gregor VII. weist die neuen Vorwände des Erzbischofs Manasses I. von Reims zurück und mahnt ihn dringend, sich der in Lyon tagenden Synode zur Verantwortung zu stellen.* *Rom, 1080 Januar 3.*

*R f. 179:* <liber VII> <n. 12>.

*Editio Romana (1591) 3, 803 n. 12. Mansi, Conc. coll. 20, 297 n. 12. Migne, Patr. lat. 148, 556 n. 12. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 642 n. 126. Jaffé, Bibl. 2, 394 n. 12. — Jaffé, Reg. 5152 (3879). Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 324 f.*

**<Remensi archiepiscopo>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Manasse Re- *f. 179'.* mensi archiepiscopo [3] salutem et apostolicam benedictionem.

Miramur fraternitatis tuę prudentiam ad hoc tot occasiones invenire, ut in infamia sua et ecclesię suę tempore longo permaneat et, quod[a] opinioni relinquitur, iudicium subterfugere videatur[b], cum magis ad hoc profecto eam decuerit laborare, ut suspitionem tanti reatus a se et ecclesia sua excluderet. In preterito siquidem anno ad argumentum excusationis tuę quandam nobis obtulisti auctoritatem [4], te

---

**12.** a) *Jaffé korr.* quoad, *doch ohne Grund, vgl. Peitz S. 292.* b) a *in Korrektur R.*

1) *Den Neffen Wratislavs und Propst von Brünn, vgl. lib. II, 71.* 2) *Vermutlich der nachmalige Gegenbischof von Meißen, der ein Schützling Wratislavs war, vgl. Langer in Mitt. d. Ver. f. Gesch. Meißens 1886 S. 20 A. 35 und gegen die Bedenken von Benz, Diss. Leipzig 1899 S. 10 A. 2 Meyer v. Knonau l. c. 4, 53 A. 97.* 3) *Vgl. lib. VI n. 2.* 4) *Vgl. S. 392 A. 1. Es handelt sich nicht, wie Wiedemann, Gregor VII. und Erzbischof Manasses I. von Reims, Diss. Leipzig 1884 S. 60 Anm. irrig annimmt, um ein verlorenes Schreiben Manasses' von 1079.*

videlicet non alicuius[c] sed nostrę tantum presentię subdendum fore iudicio, unde, ut etiam nunc apparet[d] in litterarum nostrarum exemplaribus[1], dignissime reprehensus es. Nunc vero immemor promissionis tuę, qua Rome te supra corpus beati PETRI obligasti[2], aliam excusationem obtendis, timore videlicet dissidentis regni ad Lugdunense concilium[3], ad quod vocatus es, venire non posse. In qua re quantum excusatio tua nutet, liquido valet perpendi. Nam neque legatus Romanę ecclesię in negotio tuo contempnendus[e] fuit, qui, sicut noscit fraternitas tua, maximis et precipuis conciliis, videlicet Niceno[4] et Calcedonensi[5] aliisque multis prefuit et huiusmodi questionibus certum diffinitionis terminum dedit, neque illud nunc assumendum tibi fuit te Lugdunum non posse venire, cum omnia vię illius pericula, si qua sunt, tutissimis et securissimis ductoribus posses transire, Lugdunensi scilicet archiepiscopo[6] et Lingonensi episcopo[7], qui fraterna te caritate tractarent et sine omni formidine ad prenominatum perducerent locum. Ad quem nimirum locum sponte et sine invitatione aliqua accedendum fuit, ut, si immunis es a culpa, collaudatione synodali infamię tuę silentium daretur et non solum per Diensem[8] sed per confratrem nostrum Albanensem[9] episcopum et per abbatem Cluniacensem[10], quem eidem synodo interesse speramus, res tua diligentius retractaretur, qui, si aliqua nimis dura in te daretur sententia, iustitię moderamine utentes non solum contra te non agerent, verum etiam pro te laborantes prepropere dictum vel factum corrigerent. Quodsi forte ad predictum concilium non iveris, aurem debite oboedientię matri tuę Ro|manę[f] ecclesię diu *f. 180.* te supportanti non inclinaveris, si quid contra te Diensis cum consensu religiosorum fratrum nostrorum egerit, non solum sententiam in te prolatam non immutabimus, verum etiam

---

c) *Jaffé ergänzt* legati, *doch ohne Grund, vgl. Peitz S. 292.* d) *Jaffé korr.* unde etiam tunc ut apparet, *doch ohne Grund, vgl. Peitz S. 293.* e) p *über der Zeile hinzugefügt R;* contempnendus *T.* f) *Mit fol. 180 (bei Anfang einer neuen Lage der Hs., vgl. Peitz S. 30) beginnt Neuansatz, auffälligerweise mitten im Brief, ja im Wort. Auch wird auf kurze Zeit die Rubrizierung der Kolumne, Intitulatio und Initiale wieder aufgenommen.*

1) *Lib. VI n. 2.* 2) *Vgl. lib. V n. 17.* 3) *Die sechste von Hugo von Die gehaltene Legatensynode (vgl. Hugo v. Flavigny lib. II, M. G. SS. 8, 421), deren Einberufung Gregors Brief JL. 5147 angeordnet hatte. Vgl. auch lib. V n. 22.* 4) *Vgl. lib. VI n. 2 S. 392 A. 4.* 5) *451. Doch vgl. über die Stellung der römischen Legaten daselbst Kneller in Zeitschr. f. kath. Theol. 27 (1903) S. 1ff., vgl. auch ders. ebda. 28, 715.* 6) *Gebuin, vgl. lib. VI n. 34.* 7) *Hugo, vgl. n. 1.* 8) *Hugo.* 9) *Petrus, vgl. lib. VI n. 38.* 10) *Hugo.*

apostolica auctoritate firmabimus. Quodsi fraternitati tuę videbitur prolatę sententię rationabiliter posse obviari, volumus te magis coram vicario nostro, Diensi videlicet episcopo, aliisque religiosis in patria illa, ubi accusatorum et defensorum maior copia invenitur, rationes tuas exponere quam Romam per tot labores et difficultates, ubi utrumque deest, frustra spe iudicii quęrere. Interea fraternitatem tuam ex parte omnipotentis Dei per auctoritatem beati Petri monemus, ut, si te in hac causa culpabilem cognoscis, potius quam aliquo seculari ingenio te excusandum existimes, studeas animam tuam per dignos fructus penitentię[g] liberare. Data Rome III. Nonas Ianuarii, Indictione III.

## VII, 13.

*Gregor VII. befiehlt dem Bischof Theoderich von Verdun, den Grafen Arnulf (von Chiny) wegen Beraubung des Bischofs Heinrich von Lüttich, der an der Kurie deshalb Klage geführt habe, zur Verantwortung vor eine Synode zu ziehen.* *Rom, 1080 Januar 30.*

*R f. 180:* liber VII <n. 13>.

*Editio Romana (1591) 3, 803 [l. 804] n. 13. Mansi, Conc. coll. 20, 298 n. 13. Migne, Patr. lat. 148, 557 n. 13. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 643 n. 127. Jaffé, Bibl. 2, 396 n. 13. — Jaffé, Reg. 5153 (3880).*

<Virdunensi episcopo.>

(||) **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Theoderico[a] Virdunensi[1] episcopo[a] salutem et apostolicam benedictionem.

Pervenit ad nos fratris et coepiscopi nostri Heinrici Leodicensis[2] gravis[b] calamitas, quem ad apostolorum limina venientem Arnulfus comes[3] rebus suis omnibus, quas secum ferebat, expoliatum[4] ad augmentum nequitię post suorum ereptionem compulit gladiis iurare, quod ablata nunquam repeteret et quod a nobis super tali tantoque facinore sibi

---

g) *Durch Umstellungszeichen korr. aus* penitentię fructus *R*, penitentie fructus *T*.

13. a—a) *Auf Rasur R, darunter ursprünglich* Heinrico Leodicensi *(die Adresse des nächsten Briefs), wovon noch Spuren des* L, d, s *deutlich zu erkennen sind; vgl. auch Peitz S. 62 A. 2.* b) *Korr. aus* gravitas *R*.

1) *Vgl. lib. III n. 12.* 2) *Vgl. lib. VI n. 4.* 3) *Von Chiny.* 4) *24. Dezember 1079, vgl. Manasses' von Reims Apologia (ed. Mabillon, Mus. ital. I, 2 p. 121).*

veniam impetraret. Quod immane flagitium ut cognovimus, profecto vehementer doluimus cum propter impeditam fratris nostri devotionem tum propter illius detestabilem audaciam. Quę nisi digna animadversione vindicata fuerit, restat, ut ei suisque similibus, si qua deteriora sunt et possunt, perpetrandi concedatur occasio. Veruntamen ne forte iudicemur potius irę consulere quam parere iustitię, volumus atque apostolica auctoritate precipimus, ut fraternitas tua quoscunque potest episcopos abbates sacerdotes et clericos studeat adunare et conventu habito | super hac re illum improbum *f. 180'.* ad pęnitentiam et satisfactionem invitare. Quodsi in malitia sua perdurans aut pęnitentiam agere aut ablata noluerit digna cum satisfactione restituere, ecclesię introitum et corporis ac sanguinis Dominici participationem tua ei fraternitas interdicat datisque sibi XV dierum indutiis, si infra illud spatium non pęnituerit et ad emendationem sceleris sui non venerit, anathematis eum gladio fulta precepto auctoritatis apostolicę feriat. Quod certe nos exinde omnibus modis firmabimus ac postmodum quidem volumus atque iubemus, ut in illum dilectio tua quibus valebit modis insurgat. Quicunque enim illius nefandę presumptioni auxilium aut assensum dederit, sciat se gratiam Dei et beati Petri procul dubio amissurum. Quicunque vero predicti confratris nostri immo beati Petri iniurias pro viribus suis ulcisci contenderit, ei nos apostolicam benedictionem tribuimus et de divinę pietatis munere confisi peccatorum suorum veniam pollicemur. Nolumus etiam prudentiam tuam ignorare nos sępedictum coepiscopum ab illius malitiose coacti iuramenti conditione absolvisse sanctęque ecclesię contumeliam vindicandi licentiam ipsi dedisse. Quem ut in omnibus pro posse studeas adiuvare, iterum iterumque monemus atque rogamus. Data Rome III. Kalendas Februarii, Indictione III.

*cf. VII, 5, 9.*

## VII, 14.[1]

*Parallelschreiben zu n. 13 an Bischof Heinrich von Lüttich mit Lösung von dem erzwungenen Eide.*

*Rom, 1080 Januar 30.*

*R f. 180':* liber VII <n. 14>.

*Editio Romana (1591) 3, 805 n. 14. Mansi, Conc. coll. 20, 299 n. 14. Migne, Patr. lat. 148, 558 [n. 14. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 644 n. 128. Jaffé, Bibl. 2, 397 n. 14. — Jaffé, Reg. 5154 (3881).*

1) *Die Briefe VII. 13 und 14 sind bei Deusdedit, Coll. can. lib. I n. 246 (197) (ed. Martinucci p. 132; Wolf v. Glanvell p. 142) zu einem Stück zusammengearbeitet (Lemma:* Ex registro VII Gregorii cap. LXVII

<Leodicensi episcopo>

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Heinrico Leodicensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Cognita tuę fraternitatis adversitate et contumelia tibi, immo beato Petro illata nimirum valde dolere sumus coacti. De iuramenti vero iniustissima obligatione dilectioni tuę sic * respondemus non debere existimari eam ullis iuramenti vinculis posse teneri, quę tam nefandissime coacta iuraverit. Unde et apostolica te auctoritate absolvimus, ut non tuę vel alicuius conscientię ob hoc videaris innexus aut debitor esse. * Insuper etiam eadem freti potestate fraternitati tuę licentiam damus immo hortamur, ut contra iniurias beato Petro illa- *f. 181.* tas, nisi presumptor ille penituerit digneque satisfecerit, quibus viribus potest insurgat atque illum omnibus modis infestet et de eo tanti sceleris poenas Deo opitulante petat et sumat. Indignum nanque nobis videtur exemplumque *f. VII, 5, 9, 13.* ceteris improbis audendi[a] peiora futurum, si hoc flagitium iste impune susceperit. Unde etiam fratri nostro Virdunensi episcopo aliisque beati Petri fidelibus summopere precepimus, ut dilectionem tuam unanimiter adiuvantes eum ut tyrannum[1] et christianę religionis conculcatorem impugnent et armis tam carnalibus quam spiritualibus undique et ubique, quantum possunt, insequentes coartent. Data Rome III. Ka- * lendas Februarii, Indictione III.

## VII, 14a.

*Protokoll der römischen Fastensynode von 1080.*

*Rom, 1080 März 7.*

*R f. 181:* **liber VII** *(ohne Nummer) = Lib. pontif. Vita Gregorii VII. (ed. Duchesne 2, 286 f.), Einl. (gekürzt) 1—4. 7.*

*Vom Register unabhängige Überlieferung der Bannsentenz (7)[2]: 1. Hugo v. Flavigny, Chron. lib. II (M.G. SS. 8, 451); 2. Codex Udalrici (Cod. Vindob. 398 f. 64; Cod. Zwettl. 283 p. 112).*

*Editio Romana (1591) 3, 805 ff. Mansi, Conc. coll. 20, 531 ff. Migne, Patr. lat. 148, 813 ff. M. G. Const. 1, 555 n. 391. — Jaffé, Reg. 1[2] p. 634. — Vgl. Giesebrecht in Münch. hist. Jahrb. 2, 141 ff. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 246 ff. Mirbt, Absetzung Heinrichs IV. durch Gregor VII. in der Publizistik jener Zeit, in Kirchengeschichtl.*

---

*—* *Am Rand je ein* N(ota)*zeichen des 12. Jh.*

**14.** a) *Korr. aus* audiendi *R.*

et LXVIIII in libro VII*)* = *Baluze, Miscellanea* [1] *III, 7;* [2] *VII, 126 = Jaffé, Bibl. 2, 562 n. 34, vgl. Loewenfeld, N. A. 10, 324 f.*

1) *Vgl. S. 130 A. 7.* 2) *Ein nicht erhaltenes Begleitschreiben (wohl in der Art von III, 6), mit welchem auch diese Bannsentenz versendet wurde, erwähnt Wenrich c. 4 (Lib. de lite 1, 288).*

*Stud. f. H. Reuter (1888) S. 97 ff. Martens, Gregor VII. Bd. 1, 192 ff. Lübberstedt, Stellung des deutschen Klerus auf päpstlichen Generalkonzilien, Diss. Greifswald 1911 S. 61 ff.*

Anno ab incarnatione Domini millesimo LXXX., pontificatus vero domni **GREGORII** VII. papę anno VII., indictione III. Celebravit ipse dominus papa synodum Rome, ubi interfuerunt archiepiscopi et episcopi diversarum urbium necnon et abbatum ac diversorum[a] ordinum clericorum et laicorum innumerabilis multitudo. In qua apostolica constituta corroborans multa quę corrigenda erant correxit et quę corroboranda firmavit. Inter cetera nanque in fine synodalis absolutionis hęc annexuit et perpetuę memorię pro posteris scribenda mandavit ita dicendo:

(1.)[1] SEquentes statuta sanctorum patrum, sicut in prioribus conciliis, quę Deo miserante celebravimus, de ordinatione ecclesiasticarum dignitatum statuimus, ita et nunc apostolica auctoritate decernimus ac confirmamus, ut, si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laicę personę susceperit, nullatenus inter episcopos vel abbates habeatur nec ulla ei ut episcopo seu abbati audientia concedatur. Insuper etiam ei gratiam sancti Petri et introitum ecclesię interdicimus, quousque locum, quem sub crimine tam ambi- *cf. 1. Reg. 15, 23.* tionis quam inoboedientię, quod est scelus idolatrię[2], cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus. ★

(2.) Item si quis imperatorum regum ducum marchionum comitum vel quilibet | secularium potestatum aut per- *f. 181'.* sonarum investituram episcopatuum vel alicuius ecclesiasticę dignitatis dare presumpserit, eiusdem sententię vinculo se obstrictum esse sciat. Insuper etiam, nisi resipiscat et ecclesię

---

**14a.** [a]) o *korr. über* a *R.*

1) *Nr. 1 (von Z. 17* si quis *an) und 2 (bis Z. 30* obstrictum esse sciat*) bei Anselm v. Lucca, Coll. can. lib. VI c. 62. 63 (ed. Thaner p. 298), Deusdedit, Coll. can. lib. IV c. 96 (54), (ed. Martinucci p. 379; Wolf v. Glanvell p. 442) mit dem Lemma:* Ex concilio Gregorii VII papę L episcoporum cap. I *(vgl. dazu oben S. 373 A. 1, S. 405 A. 5), Gratian, Decr. c. 12 C 16 qu. 7; ferner bei Deusdedit, Lib. contra invasores et simoniacos lib. I c. 16 (M. G. Lib. de lite 2, 315) = Hugo v. Flavigny, Chron. lib. II (M. G. SS. 8, 412) zu 1074, vgl. Giesebrecht l. c. S. 128, 187. Eine gekürzte Zusammenziehung von 1 und 2 findet sich endlich in Collectio cod. Taurin. 903 (E. V. 44), ed. Pflugk-Harttung, Iter italicum p. 200 n. 183, der darin irrtümlich einen eigenen, nicht registrierten Kanon der Fastensynode 1078 erblickte, doch vgl. Jaffé, Reg.[2] 1, 628 und über die Sammlung Perels in N. A, 39, 120 ff. Zur Sache Scharnagl, Begriff der Investitur, in Kirchenrechtl. Abh., hsgg. von Stutz, H. 56 (1908) S. 39 f.* 2) *Eins der häufigsten Bibelzitate bei Gregor VII., vgl. lib. II, 45, 66, 75, IV, 1, 2, 11, 23, 24, VI, 10, 11, VII, 16, 24, VIII, 15, 21, IX, 20, 35, vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 196.*

propriam libertatem dimittat, divinę animadversionis ultionem in hac presenti vita tam in corpore suo quam ceteris [b] rebus suis sentiat, ut in adventu Domini spiritus salvus fiat. *cf. 1. Cor. 5, 5.*

(3.) Item sententiam depositionis et excommunicationis iam plerumque datam in Tedaldum Mediolanensem dictum archiepiscopum et Guibertum Ravennatem et Rolandum Tarvisiensem confirmamus et corroboramus [1] et Petrum olim Rotonensem [2] episcopum nunc autem Narbonensis ecclesię invasorem pari sententia damnamus.

(4.) Item si quis Normannorum terras sancti Petri, videlicet illam partem Firmanę marchię, quę nondum pervasa est, et ducatum Spoletanum et Campaniam necnon Maritimas atque Sabinum et comitatum Tiburtinum necnon monasterium sancti Benedicti Montis Cassini et terras sibi pertinentes, insuper etiam Beneventum invadere vel depredari presumpserit, gratiam sancti Petri et introitum ecclesię ei usque ad satisfactionem interdicimus. Veruntamen si quis illorum adversus habitatores harum terrarum aliquam iustam causam habuerit, prius a nobis vel a rectoribus seu ministris inibi constitutis iustitiam requirat; quę si ei denegata fuerit, concedimus, ut pro recuperatione suarum rerum de terra illa accipiat, non tamen ultra modum nec more predonum, sed ut decet christianum et eum, qui sua magis querit recipere quam aliena diripere et qui timet gratiam Dei amittere et maledictionem beati Petri incurrere [3].

(5.) Preterea ammonemus omnes, qui ęternę damnationis poenas evadere et vere beatitudinis gloriam cupiunt intrare, ut a falsis sibi caveant pęnitentiis. Sicut enim falsum baptisma non lavat originale peccatum, ita post baptismum
*f. 182.* falsa | pęnitentia non delet nefas commissum. Ideoque valde necessarium est, ut, qui se aliquod grave [c] crimen commisisse cognoscit, animam suam prudentibus et religiosis viris committat, ut per veram pęnitentiam certam peccatorum suorum consequatur veniam. Hęc est enim vera penitentia, ut post * commissum alicuius gravioris criminis, utpote meditati homicidii et sponte commissi seu periurii pro cupiditate honoris aut pecunię facti vel aliorum his similium, ita se unusquisque ad Deum convertat [d], ut relictis omnibus iniquitatibus

---

*—*S. 482** *Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jh.*

b) ce- *korr. aus* cę- *R.* c) *Korr. aus* gravamen *R.* d) a *korr. aus* i *R.*

1) *Vgl. lib. VI, 10, 17 a.* 2) *Rodez, 1046—1090.* 3) *Vgl. hierzu v. Heinemann, Gesch. d. Normannen 1, 295 f., Sander, Kampf Heinrichs IV. und Gregors VII. S. 170 f.*

suis deinde in fructibus bonę operationis permaneat. Sic
*Ezech. 18, 21.* enim Dominus per prophetam docet: „Si conversus fuerit impius ab omnibus iniquitatibus suis et custodierit universa mandata mea, vita vivet et non morietur.“ In quibus verbis manifeste datur intellegi, quoniam, qui aliena bona diripuit[e] et ea, cum possit, reddere vel emendare noluerit vel qui arma contra iustitiam portaverit aut odium in corde retinet vel qui huiusmodi negotiationibus aut officiis implicitus fuerit, quę sine fraude sine falsitate sine invidia sine deceptione fratrum exercere non possit, nec ad Deum conversus nec de perpetratis facinoribus veram pęnitentiam facere credendus est. Unde inter omnia vos hortamur atque monemus, ut in accipiendis pęnitentiis non ad illos curratis, in quibus nec religiosa vita nec est consulendi scientia, qui animas hominum magis ad interitum quam ad salutem ducunt teste
*Matth. 15, 14.* Veritate quę ait: „Si cęcus cęcum ducat, ambo in foveam cadunt“, sed ad eos, qui religione et scripturarum doctrina instructi viam veritatis et salutis vobis ostendere valeant[1].

## (6.)[2] <Item[f] de electione pontificum[f].>

Quotiens defuncto pastore alicuius ecclesię alius est ei canonice subrogandus, instantia[g] visitatoris episcopi, qui ei ab apostolica vel metropolitana sede directus est[g], clerus et populus remota omni seculari ambitione timore atque gratia apostolicę sedis vel metropolitani sui consensu pastorem sibi secundum Deum eligat. Quod | si corruptus aliquo *f. 182r.* vitio aliter agere presumpserit, electionis perperam factę omni fructu carebit et de cętero nullam electionis potestatem habebit, electionis vero potestas omnis in deliberatione sedis apostolicę sive metropolitani[h] sui consistat[3]. Si enim his[i], ad quem consecratio pertinet, non rite consecrando teste beato Leone[4] gratiam benedictionis amittit, consequenter is, qui ad pravam electionem declinaverit, eligendi potestate[k] privatur.

---

e) *Korr. aus* diripiunt *R.* f—f) *Fehlt in T.* g) *Mit Kreuzchenverweisung über der Zeile nachgetragen vom Registrator R.* h) *Hinter* a *zwei Buchstaben fortradiert R.* i) h *nachträglich durchstrichen R;* his *T.* k) *Korr. aus* potestatem *R.*

1) *Vgl. den älteren Bußkanon der Herbstsynode von 1078, lib. VI, 5b n. 14. 15 und die dort S. 404 N.* r *angegebene Literatur.* 2) *Fragment (bis Z. 29* consequenter*) im Liber Tarraconensis (12. Jahrh. Ende) lib. VI, 43 (vgl. Fournier in Mélanges Julien Havet p. 274).* 3) *Zur Sache vgl. Hinschius, Kirchenrecht 2, 545, Ebers, Das Devolutionsrecht, kirchenrechtl. Abh., hsgg. von Stutz, H. 37—38 (1906) S. 130 ff., vgl. auch Hauck, Kirchengesch.* [3. 4] *3, 821 A. 4.* 4) *JK. 410, Ps.-Isidori Decr. Leonis p. 624, Gratiani Decr. c. 43 C 1 qu. 1, c. 24 C 25 qu. 2.*

## (7.)[1] <[1] Item[1] excommunicatio regis Heinrici[1].>[m]

Beate Petre princeps apostolorum et tu beate Paule doctor gentium, dignamini, queso, aures vestras ad me inclinare meque clementer exaudire. Quia veritatis estis discipuli et amatores, adiuvate, ut veritatem vobis dicam omni remota falsitate, quam omnino detestamini, ut fratres mei melius michi adquiescant et sciant et intellegant, quia ex vestra fiducia post Deum et matrem eius semper virginem Mariam[n] pravis et iniquis resisto, vestris autem fidelibus auxilium presto. Vos enim scitis, quia non libenter ad sacrum ordinem accessi[2] et invitus ultra montes cum domno papa Gregorio[3] abii, sed magis invitus cum domino meo papa Leone[4] ad vestram specialem ecclesiam redii, in qua utcunque vobis deservivi; deinde valde invitus cum multo dolore et gemitu ac planctu in throno vestro valde indignus sum collocatus[5].

*cf. I, 77, II, 6, III, 10a.* *cf. Ps. 16, 6.*

[H]ec[o] ideo dico, quia non ego vos, sed vos elegistis me et gravissimum pondus vestrę ecclesię super me posuistis. Et quia super montem excelsum me iussistis ascendere et clamare atque annuntiare populo Dei scelera eorum et filiis ecclesię peccata eorum[6], membra diaboli contra me cęperunt insurgere et usque ad sanguinem presumpserunt in me manus suas inicere.

*cf. I, 3, 6, 9, 39, VII, 8.* *cf. Is. 58, 1.* *cf. I, 23, 46, III, 18, VII. 11, IX, 35.*

Astiterunt enim reges terrę et principes seculares et ecclesiastici, aulici etiam et vulgares convenerunt in unum adversus Dominum et adversus vos christos eius | dicentes: 'Dirumpamus vincula eorum et proiciamus a nobis iugum

*cf. Act. 4, 26.* *f. 183.* *Ps. 2, 3.*

---

1—1) *Fehlt in T.* m) *Am Rand* Excommunicatio et depositio regis Romanorum, *von Hand des 14. Jh.* n) Maria *R.* o) *In R ist die falsche Initiale* N *vor* ec *gesetzt;* hec *T.*

*Empfängerüberlieferung n. 7:* 1 Item — Heinrici] Oratio Hildebrandi pape *2 (Cod. Vind.); fehlt 1* 2 tu] *fehlt 2* 4/5 discipuli] apostoli *1* 5 vobis dicam] dicam vobis *1* 7 melius michi] mihi melius 9 Mariam] *fehlt 2* fidelibus] *fehlt 2* 10 enim] autem *1* 11 domno] domino meo *1* 12 papa Gregorio] Gregorio papa *2* 12/13 papa Leone] Leone papa *2* 15 ac] et *1* 17/18 elegistis me] me elegistis *2* 18 vestrę ecclesię] ecclesiae vestrae 22 cęperunt insurgere] insurgere ceperunt *2* 23 suas] *fehlt* 24 enim] *fehlt 1*

1) *Fragment (bis Z. 18/19* posuistis*) bei Manegold, Lib. ad Gebehardum c. 14 (M.G. Lib. de lite 1, 337).* 2) *Vgl. hierzu Tangl, N. A. 31, 168 A. 4 gegen Martens 1, 264.* 3) *VI., 1047.* 4) *IX., 1049.* 5) *Mit dieser stärksten Beteuerung vgl. I, 3, 8, 70, II, 49, III, 10a, IV, 28, VII, 23, dazu Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 145. Vgl. auch Tangl l. c. S. 168 f.* 6) *Dasselbe bei Gregor beliebte Bibelzitat auch lib. I, 15, 22, 75, VII, 23, vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 132.*

ipsorum'; et ut me omnino morte vel exilio confunderent, multis modis conati sunt in me insurgere.

Inter quos specialiter Heinricus, quem dicunt regem, *cf. Joh. 13, 18.* Heinrici imperatoris filius[p], contra vestram calcaneum erexit *cf. IV, 1, VI, 10.* ecclesiam facta cum multis episcopis ultramontanis et Italicis conspiratione, annitens me deiciendo eam sibi subiugare. Cuius superbię vestra restitit auctoritas eamque vestra de- *cf. 1. Petr. 5, 5.* struxit potestas. Qui confusus et humiliatus ad me in Longobardiam veniens absolutionem ab excommunicatione quesivit. Quem ego videns humiliatum multis ab eo promissionibus acceptis de suę vitę emendatione solam ei communionem reddidi[1], non tamen in regno, a quo eum in Romana synodo[2] deposueram, instauravi nec fidelitatem omnium, qui sibi iuraverant vel erant iuraturi, a qua omnes absolvi in eadem synodo, ut sibi servaretur, precepi[3].

Et hęc ideo detinui, ut inter eum et episcopos vel principes ultramontanos, qui ei causa iussionis vestrę ecclesię restiterant, iustitiam facerem vel pacem componerem[4], sicut ipse[q] Heinricus iuramento per duos episcopos[5] michi promisit.

Predicti autem episcopi et principes ultramontani audientes illum non servare mihi quod promiserat quasi desperati de eo sine meo consilio vobis testibus elegerunt sibi Rodul- *cf. II, 49, IV, 3, V, 10.* fum ducem in regem. Qui rex Rodulfus festinanter ad me

---

p) filium *R.* q) *Zweimal geschrieben, einmal durchstrichen R.*

*Empfängerüberlieferung n. 7:* 1 morte vel] morti traderent aut *2* 2 conati—me] in me conati sunt *1* 3 Heinricus] H. *2* dicunt regem] regem dicunt *2* 4 Heinrici] domni Heinrici *2* 7 eamque] eumque *1* 9 veniens] venit *1* 10 ab eo promissionibus] promissionibus ab eo *2* 11 suę vitę emendatione] vitae suae melioratione *1* ei communionem] communionem ei *2* 12 in] eum in *1* eum] *fehlt 1* 13 instauravi] restauravi *1* sibi] ei *1* 14 erant iuraturi] iuraturi erant *1* absolvi—15 synodo] in eadem synodo absolvi *1* 15 servaretur] servarent *2* 16 hęc ideo] ideo haec *1* episcopos vel] *fehlt 1* 17 vestrę ecclesię] ecclesiae vestrae *1* 19 ipse] et ipse *1* 22 mihi quod] quod *1* quod mihi *2* 23 sine meo consilio *fehlt 1* *(Auch hier wie in lib. IV, 12 am Schluß (vgl. S. 314 Anm.) handelt es sich um willkürliche Auslassung Udalrichs, nicht um eine sachlich wichtige Differenz der Empfängerüberlieferung.)* 23/24 elegerunt—regem] elegerunt Rodulfum ducem sibi regem *2* 24 Rodulfus] R. *2.*

1) *Vgl. lib. IV n. 12a.* 2) *Vgl. lib. III n. 10a.* 3) *Der Bann war also 1076 unabhängig von dem vorausgegangenen Regierungsverbot und der Eideslösung verhängt worden, vgl. Eichmann, Acht und Bann (1909) S. 104 ff. Doch besteht ein Widerspruch zu c. 15 der Fastensynode von 1078 nicht.* 4) *Vgl. lib. IV, 12 S. 315 A. 1.* 5) *Gregor von Vercelli und Benno von Osnabrück.*

misso nuntio indicavit se coactum regni gubernacula suscepisse, tamen sese paratum michi omnibus modis oboedire. Et[r] ut hoc verius credatur, semper ex eo tempore eundem mihi semper[r] misit sermonem, adiciens etiam filio suo[1] obside[s] et fidelis sui ducis Bertaldi filio[2] quod promittebat firmare.

Interea Heinricus cepit me precari, ut illum contra predictum Rodulfum adiuvarem. Cui respondi me libenter fa- *f. 183'.* cere audita | utriusque[t] partis ratione, ut scirem, cui iustitia *cf. IV, 23, V, 14a.* magis faveret. Ille vero putans suis viribus eum posse devincere meam contempsit responsionem. Postquam autem persensit se non posse sicut speravit agere, duo episcopi, Verdunensis[3] videlicet et Osenburcgensis[4], de consentaneis suis Romam venerunt[5] et in synodo ex parte Heinrici me, ut ei iustitiam facerem, rogaverunt. Quod et nuntii Rodulfi fieri laudaverunt. Tandem aspirante Deo, sicut credo, statui in eadem synodo[6] in partibus ultramontanis fieri colloquium, ut *cf. IV, 23, V, 14a.* illic aut pax statueretur aut, cui amplius iustitia faveret, *cf. I, 20, III, 10a, IV, 1, V, 13.* cognosceretur. Ego[u] enim, sicut vos mihi testes estis, patres et domini, usque hodie nullam partem disposui adiuvare nisi eam, cui plus iustitia faveret[u]. Et quia putabam, quod in-

---

r—r) *Der Vergleich mit der Empfängerüberlieferung und das doppelte* semper *zeigen, daß hier ein Randzusatz auf dem Konzept des Synodalprotokolls, der vielleicht auf demjenigen der für die Versendung bestimmten Ausfertigung der Sentenz noch nicht gestanden hatte, unsorgfältig vom Registrator eingefügt worden ist. Vgl. auch N.* u *und die ähnlichen Textdifferenzen in den beiden Ausfertigungen der Bannsentenz von 1076 (lib. III, 6* und 10a).* s) *Vielleicht ist* dato *aus Empfängerüberlieferung zu ergänzen als vom Registrator versehentlich ausgelassen.* t) *Davor Rasur von ca. fünf Buchstaben R.* u—u) *Da dieser Satz in der Empfängerüberlieferung fehlt, liegt ein ähnlicher Fall wie der in N.* r *vor: ein nachträglicher (die historische Erzählung unterbrechender) Randzusatz des Papstes (dessen Eigendiktat durch* vos mihi testes estis *gesichert ist) auf der Konzeptvorlage für das Synodalprotokoll, der auf dem Konzept der für die Versendung bestimmten Sentenz vielleicht noch nicht eingesetzt war.*

*Empfängerüberlieferung n. 7:* 2 sese] se *1* omnibus modis] modis omnibus *1* 3/4 ut—semper] *fehlt* 4/5 obside] dato obside 5 filio] *fehlt 1* 6 firmare] sacramento firmare *1;* confirmare *2* 8 Rodulfum] R. *2* 10 suis viribus eum] eum suis viribus 11/12 autem persensit] sensit *2* 12 duo—13 suis] duo episcopi ex consentaneis suis, Virdunensis scilicet Teodericus et Obseburgensis *1;* duo episcopi de consentaneis suis Virdunensis et Osenburcgensis *2* 18 amplius iustitia faveret] iustitia faveret amplius *1,* iustitia magis faveret *2* 18 Ego — 20 faveret *fehlt*

1) *Berthold.* 2) *Berthold (III.), Sohn Bertholds II. von Zähringen; vgl. zu diesem 1077 erfolgten Anerbieten Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 8.* 3) *Theoderich, vgl. n. 13.* 4) *Benno, vgl. lib. IV, 12a.* 5) *Als Gesandte des Königs zur römischen Fastensynode 1078, vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 99.* 6) *Vgl. lib. V, 14a.*

iustior pars colloquium nollet fieri, ubi iustitia suum locum servaret, excommunicavi et anathemate alligavi omnes personas sive regis sive ducis aut episcopi seu alicuius hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, ut non fieret. Predictus autem Heinricus cum suis fautoribus non timens periculum inoboedientię, quod est scelus idolatrię[1], colloquium impediendo excommunicationem incurrit et se ipsum anathematis vinculo alligavit magnamque multitudinem christianorum morti tradi et ecclesias fecit dissipari et totum poene Teutonicorum regnum desolationi dedit.

*cf. 1. Reg. 15, 23.*

Quapropter confidens de iudicio et misericordia Dei eiusque piissime matris semper virginis Marię, fultus vestra auctoritate sępe nominatum Heinricum, quem regem dicunt, omnesque fautores eius excommunicationi subicio et anathematis vinculis alligo. Et iterum regnum Teutonicorum et Italię ex parte omnipotentis Dei et vestra interdicens ei omnem potestatem et dignitatem illi regiam tollo et, ut nullus christianus ei sicut regi oboediat, interdico omnesque, qui ei iuraverunt vel iurabunt de regni dominatione, | a iuramenti promissione absolvo[2]. Ipse autem Heinricus cum suis fautoribus in omni congressione belli nullas vires nullamque in vita sua victoriam optineat. Ut autem Rodulfus regnum Teutonicum[3] regat et defendat, quem Teutonici elegerunt sibi in regem ad vestram fidelitatem[4], ex parte vestra dono largior et concedo, omnibus sibi fideliter adhęrentibus absolutionem[v] omnium peccatorum vestramque benedictionem in hac vita et in futuro vestra fretus fiducia largior[5]. Sicut enim

*f. 184.*

*cf. V, 14a, 15, VI, 1. 16.*

---

v) -ti- *über der Zeile hinzugefügt R.*

*Empfängerüberlieferung n. 7:* 2 quia putabam quod] quod putabam quia *2* 3 suum locum] locum suum *1* 4 alligavi] obligavi *1* 5 aut] sive *1* seu] aut 6 ut non] ne 10 alligavit] obligavit *1* 11 tradi] tradidit *2* totum poene] pene totum *1* 12 desolationi dedit] dedit desolationi *2* 13 misericordia] de misericordia *2* 14 semper] et sanctae *2* 14/15 fultus vestra auctoritate] vestra fultus auctoritate *1;* fultus auctoritate vestra *2* 15 sępe nominatum] predictum *2* quem regem dicunt] quem dicunt regem 16 et — 17 alligo] *fehlt 1* 18 parte omnipotentis Dei] omnipotentis Dei parte *1* 19 illi regiam] regiam illi *1;* illi *fehlt 2* 20 omnesque — 22 absolvo] *fehlt 1* 21 a] ac *2* 22 Heinricus] H. *2* 24 Rodulfus] R. *2* 24/25 Teutonicum] Teuton corum 25 elegerunt — 26 regem] sibi elegerunt regem *2* 26 vestram] nostram *2* parte vestra] vestra parte *2* 27 omnibus] omnibusque sibi fideliter] fideliter sibi *2* 29 futuro] futura

1) *Vgl. zum Folgenden auch lib. VI, 1.* 2) *Vgl. lib. II, 55a n. 27.* 3) *Wohl zu beachten ist, daß hier im Unterschied von Z. 15 die Nennung Italiens fehlt, vgl. dazu Martens l. c. S. 196.* 4) *Vgl. Martens l. c. und zur Frage des Treueids Rudolfs unten lib. IX, 3.* 5) *Vgl. hierzu Gottlob, Kreuzzugsablaß und Almosenablaß (Kirchenrechtl. Abh., hsgg. von Stutz 30—31, 1906) S. 54 f.*

Heinricus pro sua superbia inoboedientia et falsitate a regni dignitate iuste abicitur, ita Rodulfo pro sua humilitate oboedientia et veritate potestas et dignitas regni conceditur[1].

*I, 77, II, 6, III, 10a.* Agite nunc, queso, patres et principes sanctissimi, ut omnis mundus intellegat et cognoscat, quia, si potestis in *cf. Matth. 16, 19.* cęlo ligare et solvere, potestis in terra imperia regna principatus ducatus marchias comitatus et omnium hominum possessiones pro meritis tollere unicuique et concedere. Vos enim patriarchatus primatus archiepiscopatus episcopatus frequenter tulistis pravis et indignis et religiosis viris dedistis. Si enim spiritualia iudicatis, quid de secularibus vos posse credendum est? Et si angelos dominantes omnibus superbis *cf. 1. Cor. 6, 3.* principibus iudicabitis, quid de illorum servis facere potestis?[2] Addiscant nunc reges et omnes seculi principes, quanti vos estis, quid potestis, et timeant parvipendere iussionem ecclesię vestrę. Et in predicto Heinrico tam cito iudicium vestrum exercete, ut omnes sciant, quia non fortuitu sed vestra potestate cadet[3], confundetur[w], utinam ad penitentiam, *cf. VII, 2.* ut spiritus sit salvus in die Domini. *1. Cor. 5, 5.*

Acta Rome Nonis Martii, Indictione III.

---

w) *Die asyndetische Fassung des Registers (der die Übersetzung von Meyer v. Knonau l. c. S. 255 folgt) ist wohl mit Giesebrecht, Kaiserzeit* [5] *3, 1162 durch Einsetzung von* et *aus der Empfängerüberlieferung zu korrigieren, wenn man die Androhung der Fastensynode von 1078 in Betracht zieht (lib. V, 14a:* ut sic saltim confundantur et duplici contritione conterantur, *vgl. V, 14:* semper vilescat et confundatur, ut sic saltem ad penitentiam redire addiscat*), an deren Wortlaut sich diese zweite Bannsentenz auch sonst (vgl. S. 486 Z. 21) anschließt. Falsch ist* confundatur *im Text des Lib. pont. (dem die Übersetzung von Hauck, Kirchengesch.* [3-4] *3, 822 folgt). Rückt das* confundere *damit aus der betonten Stellung, die es namentlich in der letztgenannten Fassung einnimmt, heraus, so wird der Sinn trotzdem besser mit „zuschanden werden" (Hauck), als mit „verstören, verwirren", wie Reuter, Gesin-*

*Empfängerüberlieferung n. 7:* 1 Heinricus] H. *2* inoboedientia] et inobedientia *1* 2 Rodulfo] Rodulfus *1* 2/3 obedientia] et oboedientia *2* 6 ligare et solvere] solvere et ligare *2* imperia regna] regna imperia *1* 7/8 possessiones—concedere] possessiones et tollere et concedere *2* 8 unicuique] *fehlt 1* 9 enim] *fehlt 1* patriarchatus—episcopatus] patriarchatus archiepiscopatus primatus episcopatus *1;* episcopatus primatus *2* 11 vos—12 credendum est] potestis *1* 13 iudicabitis] iudicatis *2; fehlt 1* 14 reges] reges terrae *1* seculi principes] principes seculi 16 Heinrico] H. *2* 18 confundetur] et confundetur 19 sit salvus] salvus sit 20 Acta—III] Data Rome nonis martii *1; fehlt 2*

1) *Vgl. über diese der Doktrin Augustins entlehnten Begriffe Bernheim, Mittelalt. Zeitanschauungen 1 (1918) S. 45.* 2) *Das gleiche argumentum a fortiori auch in IV, 2, 24, VIII, 21, ähnlich auch I, 22, vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 174. 197.* 3) *Vgl. die kurz darnach erfolgte Osterprophezeiung Gregors über Heinrichs IV. Tod oder Unterliegen noch vor dem 1. August, dazu Martens l. c. S. 204 ff.*

## VII, 15.

*Gregor VII. macht den Bischöfen der Bretagne und Klerus und Volk der Provinz von Tours die Synodalentscheidung im Streit zwischen Tours und Dol bekannt.*

*Rom, 1080 März 8.*

*R f. 183′:* <liber VII> <n. 15> = *[Chartular von Tours dep.] ed. Martène, Veterum script. nova Collectio (1700) p. 65. Martène et Durand, Thesaurus novus anecdotorum 3 (1717) p. 877. Morice, Preuves de l'histoire de Bretagne 1 (1742) p. 450.*

*Editio Romana (1591) 3, 810 n. 15. Mansi, Conc. coll. 20, 300 n. 15. Migne, Patr. lat. 148, 558 n. 15. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 644 n. 129. Jaffé, Bibl. 2, 405 n. 15. — Jaffé, Reg. 5155 (3882).*

**<Diffinitio[a] sinodalis inter archiepiscopum Turonensem et episcopum Dolensem de pallio[a].>**

|| **GREGORIUS episcopus**[b] servus servorum Dei omnibus episcopis Britannię, clero et populo in Turonensi provincia constitutis.

Notum esse volumus controversiam inter ecclesiam vestram et Dolensem | pestifere ortam[1] multum nobis in Romana sy- *f. 184′.*
nodo laborem ingessisse, sed tamen Deo miserante post longam discussionem, quam iustius potuimus, hanc quę subscribitur diffinitionem invenisse. Archiepiscopus siquidem vester[2] ecclesiam Turonensem ius suum in Britannia perdidisse conquerens Romanorum pontificum auctoritatem in medium duxit,

---

*nung und Maßnahmen Gregors VII. gegen Heinrich IV. 1080—85, Diss. Greifswald 1913 S. 12 f. übersetzt, wiedergegeben, gerade wenn man den biblischen Sprachgebrauch namentlich in den Psalmen in Betracht zieht. Schlagendere Parallelstellen als die von Reuter S. 12 A. 1 (abgesehen von der obigen S. 484 Z. 8:* Qui confusus et humiliatus ad me in Langobardiam venit*) aufgeführten sind IV, 20:* ut vel hoc modo confusi ad emendationem vitę suę redire cogantur *und VII, 2:* ut saltim confusos et convictos ad sanum consilium . . revocaremus . . . illique ad penitentiam confundantur. *Aber selbst sie können nicht die These Reuters, „daß Gregor Heinrich noch nicht völlig aufgegeben hat", in dem Sinne, wie es der Autor meint, beweisen. Denn dem König ist jede Rückkehr nach Gregors Absicht in diesem Augenblick durch Anerkennung Rudolfs deutlich auf immer versperrt, nur dem Christen steht, wie selbstverständlich, der Rückweg zur Buße offen. Diesen Unterschied hatte der Papst ja bereits in IV, 12 und schärfer noch diesmal (s. oben S. 484 Z. 10ff.) betont, vgl. dazu namentlich auch den Schluß von c. 2 (S. 480):* ultionem in hac presenti vita tam in corpore quam ceteris rebus suis sentiat, ut in adventu Domini spiritus salvus fiat.

**15.** [a—a]) *Fehlt in T.* [b]) *Zusammen mit dem Papstnamen nachgetragen, vgl. 7; ebenso in den folgenden beiden Briefen.*

1) *Vgl. lib. V n. 22. 23.* 2) *Rudolf, vgl. lib. VI, 35.*

quę perspicue probat Britanniam Turonensi ecclesię quemadmodum spirituali matri et metropoli[c] suę subiectionem et reverentiam debere. Dolensis vero episcopus[1] non solum[d] auctoritatem audientię nostrę non exhibuit, verum etiam ipsa verba sua ad defensionem prolata nulla certitudine, cui fides danda esset, fulta videbantur. Tamen quia in patria sua quandam auctoritatem se reliquisse asserebat, visum nobis fuit, ut ad retractandum negotium illud indutię darentur[e] et pro hac aliisque causis legati apostolicę sedis dirigerentur, ut auditis utriusque partis rationibus, si cognoverint Britannos auctoritatem autenticam apostolicę sedis, videlicet eorum pontificum, quorum ordinatio et vita digna et legalis fuerit, habere, per quam possint se a subiectione predictę Turonensis ecclesię subtrahere, quieti deinceps permaneant in sua libertate. Quodsi contigerit eos huius auctoritatis, quam modo diximus, non posse habere defensionem, sopita deinceps et in ęternum omni controversia Turonensem ecclesiam matrem et metropolim suam recognoscant et eam, quę decet metropolitanum, archiepiscopo vestro subiectionem et oboedientiam exhibeant, reservato Dolensi episcopo pallii usu, ita tamen, ut nullus successorum suorum aliquo in[f] tempore ad[g] hanc dignitatem aspiret, sed, sicut supra diximus, tam ipsi, videlicet in ecclesia Dolensi constituendi, quam etiam ceteri Britannię episcopi magisterio Turonensis archiepiscopi in perpetuum subditi permaneant. Data[h] Rǒme VIII. Idus Martii, Indictione[i] III.

## VII, 16.

*Gregor VII. setzt dem Bischof Hubert von Térouanne einen letzten Termin zur Verantwortung vor dem päpstlichen Legaten Hugo von Die in Sachen der Villa Quesques. (und entbindet bis dahin die Kanoniker von St. Omer der Obödienz ihm gegenüber).* *Rom, 1080 März 26.*

*R f. 184':* <liber VII> <n. 16>.

*Empfängerüberlieferung: Kopie St. Omer Bibl. de la ville Ms. 194 fol. ult. (vgl. Catalogue général des Mss. des bibliothèques publiques 3, 1861; S. 103 und Duchet, Additions et corrections au catalogue des mss. de Saint Omer S. 14 = Giry, Revue hist. 1, 398 A. 1 = Löwenfeld, N. A. 7, 162).*

---

c) metropolis *R;* -s *getilgt in T.* d) *Es folgt* non *fortradiert R.* e) daretur *R,* darentur *T.* f) *Über der Zeile vom Registrator hinzugefügt R.* g) *Über der Zeile vom Registrator hinzugefügt R.* h) *Korr. aus* Datū *R (vgl. Peitz S. 323 A. 1).* i) *Das Anlauts-*i *gleichzeitig geschrieben, nicht als Initiale nachgetragen R.*

1) *Evenus, vgl. lib. V, 22, 23.*

*Editio Romana (1591) 3, 811 n. 16. Mansi, Conc. coll. 20, 300 n. 16. Migne, Patr. lat. 148, 559 n. 16. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 645 n. 130. Jaffé, Bibl. 2, 406 n. 16. — Jaffé, Reg. 5157 (3884).*

**< Tarvannensium episcopo >**

|| GREGORIUS[a] episcopus servus servorum Dei Huberto Tarvannentium episcopo[1].

Quod salutem et apostolicam benedictionem tibi non mandamus, ea maxime[b] causa est, quod in registro nostro legitur[2] te ab Hu. | huius sanctę Romanę sedis legato apud *f. 185.* Monasteriolum[3] hereticum publice[c] convictum et postea, antequam esses ab hac infamia expurgatus, audivimus symoniacę episcopum factum; deinde quod apostolicę sedis precepta super te et super concanonicos tuos de castro sancti Pauli[4] promulgata pro quadam villa Kesseca nominata, quam cum suis pertinentiis canonici sanctę Marię et sancti Audomari[5] sępe in presentia nostra conquesti sunt sibi et suę ecclesię auferri, prout ipsi iterum conqueruntur, penitus despexisti. Ac propterea excommunicationem, quę in nostro registro scripta est[6], tu cum eis incurrendo sine respectu Dei et apostolicę reverentię divinum officium, sicut audivimus, celebrare presumpsisti. Pro quibus et aliis pluribus a fratre nostro Hu. Diensi episcopo semel et iterum ad concilium vocatus et postea a nobis ad synodum Romanam[7] invitatus, ut te expurgares[d], quia non venisti nec canonice excusasti, nisi apostolicę pietatis mansuetudo nos dispensatorię[e] ad tempus sustineret, sententiam iuste depositionis tua inoboedientia, *cf. 1. Reg. 15, 23.* quę vere est idolatria[8], iam dudum suscepisset. Sed tamen adhuc tibi paterno parcentes affectu, quia diutius tot et tanta, quę de te dicta sunt, ferre nullo modo honeste possumus, apostolica auctoritate precipimus, ut, ubi et quando predictus frater noster Hu. Diensis episcopus te vocaverit de his vel aliis satisfacturum[f], omni occasione postposita ita paratus et circumspectus advenias, ut, si te innocentem et falso accu-

---

**16.** a) *Von hier an ist der Papstname wieder schwarz in verlängerter Schrift nachgetragen, vgl. oben lib. VI, 37 — VII, 12.* b) -e *korr. aus* -a *R.* c) u *korr. aus* l *R.* d) *Das zweite* r *korr. aus* t *R.* e) dispensat- *in Rasur R.* f) *Später korr. in* satisfacturus *R;* satisfacturum *T.*

1) *Hubert von Térouanne, der 1078 noch Archidiakon war, vgl. lib. VI n. 8.* 2) *Lib. IV n. 10.* 3) *Montreuil.* 4) *St. Pol.* 5) *St. Omer.* 6) *Lib. VI n. 8.* 7) *Offenbar zur Fastensynode 1080. Diese Zitation ist nicht erhalten, denn die außerhalb des Registers erhaltene JL. 5188 wird von Löwenfeld, N. A. 7, 162 gegen Giry, Revue hist. 1, 397 mit Recht zu Ende 1080 gesetzt.* 8) *Eins der häufigsten Bibelzitate in Gregors Briefen, vgl. lib. II, 45, 66, 75, IV, 1, 2, 11, 23, 24, VI, 10, 11, VII, 14a, 16, 24, VIII, 15, 21, IX, 20, 35 (Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 196).*

satum scis, cum Dei auxilio et conscientię puritate[g] ab omnibus obiectis et obiciendis canonice expurgari possis. Preterea omne divinum officium omnibus canonicis de castro sancti Pauli te solo interim usque ad audientiam excepto interdicimus et ipsis et locis eorum, quousque prephatam villam cum ecclesia et aliis suis pertinentiis canonicę ecclesię sanctę Marię et sancti Audomari restituerint et coram .H. Diensi episcopo de inoboedientia et excommunicatione satisfecerint. Et nisi tu statim visa preceptione nostra predictis concanonicis tuis et omnibus locis eorum et precipue, ubi
*f. 185'.* canonici denominati sunt, | omne divinum officium interdixeris, omne officium tuum[h] auctoritate apostolica tibi interdictum noveris[1]. Data Rome VII. Kalendas Aprelis, Indictione III.

## VII, 17.

*Gregor VII. teilt den Mönchen von Déols den Beschluß der römischen Fastensynode in Sachen zweier zwischen ihnen und dem Bischof von Limoges strittiger Klöster mit.*

*Rom, 1080 März 24.*

*R f. 185': <liber VII> <n. 17>.*

*Editio Romana (1591) 3, 812 n. 17. Mansi, Conc. coll. 20, 301 n. 17. Migne, Patr. lat. 148, 560 n. 17. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 646 n. 131. Jaffé, Bibl. 2, 407 n. 17. — Jaffé, Reg. 5156 (3883).*

**<Dolensibus monachis>**

||[a] GREGORIUS episcopus servus servorum[b] Dei Dolensibus[2] monachis salutem et apostolicam benedictionem.

---

g) *Am Schluß zwei Buchstaben radiert R.* h) *Korr. aus* tutum *R.*

**17.** a) *Der folgende Brief ist — abgesehen von III, 6*, 6, 17a* — als einziger von andrer Hand als alles übrige registriert, vgl. N. A. 38, 154 A. 1; H. Hirsch in Festschr. d. akad. Vereins deutscher Historiker in Wien (1914) S. 45ff. identifizierte sie mit der des führenden Kanzleinotars Urbans II., Lanfranc, vgl. auch Peitz II, 159 A. 3.* b) *Korr. aus* servus *R.*

*Empfängerüberlieferung*[3]*:* 13 noveris] noveris. Canonicis sancti Audomari, qui tibi communicare ausi non fuerunt, pro eo quod te inobedientem apostolicis preceptis viderunt et per pecuniam ordinatum episcopum dictum, usque ad tuam finitam causam tibi obedire prohibuimus, et non solum eis, sed etiam omnibus id ipsum de te scientibus, quia symoniaco et apostolicis preceptis inobedienti nullus debet obedire.

1) *Hubert zog sich 1081 als Mönch nach St. Bertin zurück, vgl. Johannis Longi de Ypra Chron. Bertin. (Bouquet 13, 457).* 2) *Déols, vgl. lib. VI n. 28.* 3) *Giry = Löwenfeld teilen aus Duchets (nicht publizierter) Abhandlung nur den dem Register fehlenden Schlußsatz mit; über Textvarianten, namentlich bez. Adresse und Datierung, läßt sich deshalb in diesem Falle nichts mitteilen.*

Frater et coepiscopus noster Lemovicensis[1] conquestus est nobis in synodo, quam nuper Romę Domino opitulante celebravimus[2], quod vestra fraternitas ecclesię suę duo monasteria subtrahit. Testatus[c] est etiam ipse frater et coepiscopus atque legatus noster .H. Diensis, quod vos pro hac causa ad duo concilia, scilicet ut inter vos et supralibatum episcopum exinde iustitię finem componeret, ammonuit, sed, ut ipse asserit, nullam iustitiam seu obedientiam exibere voluistis. Quapropter synodalis conventus decrevit, ut prefata monasteria in potestate Lemovicensis ecclesię redire debeant et sine contradictione vestra seu vestrorum usque ad adventum legati nostri quiete ab ipsa[d] ecclesia possideantur. Nos itaque iuxta fratrum nostrorum consensum atque consilium quod supra liberatum est confirmantes mandamus vobis atque precipimus, ut usque ad prefixum terminum permittatis predictam ecclesiam Lemovicensem ipsa monasteria retinere. Si vero in eis aliquid iusticię vos habere confiditis, legati nostri adventum expectantes causam vestram illi oportuno loco et tempore[e], ubi possit Lemovicensis episcopus interesse, representate; ante cuius audientiam causa vestra diligentius ventilata et plenius cognita iusticię[f] finem inveniat et inter vos omni lite sopita quisque vestrum suo iure contentus iniuriam facere desinat. Data ROMĘ VIIII. Kalendas Aprelis, Indictione III.

## VII, 18.

*Gregor VII. befiehlt dem Erzbischof Wilhelm von Auch, gemäß der Weisung der päpstlichen Legaten Kardinal Stephan und Bischof Girald von Ostia dem Abt Petrus von Aurillac gegen den Abt Dodo von Pessan in Sachen der Kirche Ste. Marie d'Almayrac Recht zu verschaffen.*

*Rom, 1080 April 12.*

*R f. 185'*: <liber VII> <n. 18>.

*Editio Romana (1591) 3, 814 [l. 813] n. 18. Mansi, Conc. coll. 20, 302 n. 18. Migne, Patr. lat. 148, 561 n. 18. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 647 n. 133. Jaffé, Bibl. 2, 408 n. 18. — Jaffé, Reg. 5161 (3885).*

---

c) *Es folgt* autem *durchstrichen R; fehlt in T.* d) *Über der Zeile hinzugefügt R.* e) tempora *R;* tempore *T.* f) iustiticię *R.*

1) *Limoges, Guido c. 1076—86.* 2) *Vgl. n. 14a.*

**< Auxiensi [a] archiepiscopo >**

|| GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Wilielmo Auxiensi archiepiscopo [1] salutem et apostolicam benedictionem.

Miramur prudentiam tuam ita se apostolicę sedi inoboedientem exhibuisse, ut negotium, quod tibi vicarii nostri commiserunt ad exequendum, tu non curas [b] parere contempseris ad effectum perducere. Siquidem iniuncta tibi est ab eis cura iustitiam faciendi Petro [c] abbati Aureliacensis cenobii [2] iuris huius sanctę R. [d] ecclesię [3] de Dodone [e] abbate Pezanense [4], qui ex longo tempore invasam [5] *f. 186.* detinet ecclesiam iuris itidem beati Petri, | sed prefato monasterio Aureliacensi concessam, quę nominatur sancta Maria Dalmairaci [6]. Qua in re quantam [f] in beato Petro reverentiam habueris, in hoc evidenter apparet, quod et invasor ecclesiam calumpniose adhuc occupare non desinit et predictus abbas Aureliacensis apostolicas aures ob id interpellare compellitur; presertim cum supranominatus Pezanensis convictus et a legatis nostris Stephano cardinale [g. 7] et Geraldo Ostiensi coepiscopo adiudicatus [8] debere illam ecclesiam reddere, quia non fecerit, excommunicationem incurrerit. Quapropter dilectionem tuam monemus et apostolica auctoritate precipimus, ut sępedictum Pezanensem abbatem cogas Aureliacensi prefixam ecclesiam, unde lis est, restituere et condigna satisfactione ipsum sibi placabilem reddere. Quodsi forte spiritu superbię induratus acquiescere noluerit, et monasterio illi, quod invasum est, officium divinum et invasori nostra auctoritate omnis ecclesię interdicas introitum. Nam non inter religiosos monachos sed nec inter laicos debet annumerari, qui sacrilegium perpetrare non timet. Data Rome II. Idus Aprilis, Indictione III.

---

18. a) x *korr. über* s *R.* b) *So R. T; Jaffé korr.* curans. c) *Vom Registrator in einer vorher gelassenen Lücke nachgetragen R.* d) *Über der Zeile nachgetragen R.* e) *Vom Registrator in einer vorher gelassenen Lücke nachgetragen, davor Rasur von zwei Buchstaben.* f) quanta *R. T.* g) n *und* e *auf Rasur R.*

1) *Auch, vgl. lib. I, 16, 55.* 2) *Aurillac.* 3) *Vgl. n. 19, S. 494 A. 2.* 4) *Pessan, Diöz. Auch.* 5) *Vgl. Mabillon, Ann. ord. s. Benedicti 5, 159, demzufolge auf der Synode von Bordeaux 1080 der Abt von Aurillac die Kirche S. Maria vom Kloster Pessan nach 60jährigem Besitz zurückforderte.* 6) *Almayrac (bei Alby).* 7) *Auf der Synode von Tours 1060 (Mansi 19, 926 ff.).* 8) *Vermutlich 1073 auf einer der von Girald († 6. Dez. 1077) in Südfrankreich gehaltenen Synoden, vgl. lib. I n. 16.*

## VII, 19.

*Schutzmandat für das Kloster Aurillac.*

*Rom, 1080 April 12.*

*R f. 186:* <liber VII> <n. 19>.

*Editio Romana (1591) 3, 814 [l. 813] n. 19. Mansi, Conc. coll. 20, 303 n. 19. Migne, Patr. lat. 148, 562 n. 19. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 646 n. 132. Jaffé, Bibl. 2, 409 n. 19. — Jaffé, Reg. 5162 (3886).*

**<Omnibus in Bituricensi Narbonensi et Burdegalensi provinciis constitutis>**

(‖) GREGORIUS episcopus servus servorum Dei omnibus in Bituricensi necnon Narbonensi seu Burdegalensi provinciis constitutis exceptis[a] his, qui apostolica excommunicatione tenentur[a] salutem[b] et apostolicam benedictionem.

* Clamor abbatis[1] Aureliacensis[c] cenobii, quod proprii iuris beati Petri concessione fundatoris, scilicet beati Geraldi[2], esse * dinoscitur[3], auribus nostris insonuit, videlicet super[d] quibusdam[d] personis, quę iniuste detinent beneficia predicti monasterii, a predecessoribus suis sub fidelitate et hominio pro defensione ecclesię sibi et suis antecessoribus olim concessa. Precipue conqueritur super Berengario Carlatensi[4] vicecomite, qui propria cupiditate ductus debitum servitium et fidelitatem abbati exhibere negat, nisi beneficium, quod inmerito detinet, adhuc etiam de iure ecclesię augeatur. Proinde apostolica auctoritate precipimus, quatenus omnis, qui beneficium prefate ecclesię | ad hoc aliquando suscepisse cognoscitur, subiectionem et fidelitatem abbati persolvat et servitium *f. 186'.*

---

*—* *Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jh.*

**19.** [a—a]) *Am Ende der Zeile nachgetragen nach Fortradierung von* sal *R (vgl. Peitz S. 323 A. 4).* [b]) *Am Anfang der Zeile hinzugefügt R.* [c]) c *korr. aus* n *R.* [d—d]) *Zweimal geschrieben, einmal durchstrichen R.*

1) *Petrus.* 2) *Grafen von Aurillac († 909), vgl. Odonis V. s. Geraldi lib. II c. 4 (Acta Sanct. Oct. Bd. 6, 300 ff., BHL. 3411—14) und das Testament Odos (Migne 133, 671 N. 102).* 3) *Vgl. Deusdedit, Coll. can. lib. III c. 264 (149) (ed. Martinucci p. 327; Wolf v. Glanvell p. 377), Benedictus canon. Liber politicus (Cod. Camerac. 554), Albinus lib. X, 30, Cencius Lib. cens. n. 71 (ed. Fabre-Duchesne p. 354 n. 82), wahrscheinlich aus gemeinsamer Quelle (vgl. Duchesne, Introd. p. 4):* Item ex [e *D*] libro VII capitulo LXX legitur beatus Giraldus [b-um G-um *A*] monasterium suum situm in Provincia [Arvernia *D*] loco qui dicitur Aureliacus beato Petro tradidisse sub annua pensione X solidorum. *Vgl. Cencius l. c. p. 200:* In episcopatu Claromontensi: Monasterium Aureliacense X solidos Pictavensium et pro Soliaco V solidos et pro cella Maurziensi V solidos. 4) *Carlat.*

pro beneficio largiri non deneget et ab exactione illicite augmentationis desistat; aliter enim invasor et sacrilegus esse comprobatur. Nos vero detrimentum supradicti cenobii agnoscentes abbatem sub promissione fidei suę in manu nostra obligavimus[1], ut nulli militum liceat illi ultra unum mansum[e] de possessione ecclesię dare sub hac vel alia occasione, neque alicui alteri[f] personę, nisi communis utilitas fratrum regulariter degentium postulaverit et apostolicę equitati renuntiare ausus fuerit[g]. Monasterium autem Maurziacense[2] cum omnibus sibi adiacentiis et ecclesias scilicet Dalmairaci[3] et Montis Salvii[4] et cęteras necnon terras et possessiones in quacunque suprascriptarum provinciarum ablatas seu malis consuetudinibus oppressas monasterio Aureliacensi scriptis sive testibus olim iuste concessas apostolica auctoritate precipimus restitui et sine inquietudine aliqua permitti. Monasterium quidem Viancense[5] in manu abbatis refutatum a principibus ipsius terrę consensu episcopi[6] et clericorum sibi suisque successoribus concedimus et confirmamus et fautoribus refutationis apostolicam benedictionem largimur et eos, qui ecclesias sive predia prefati monasterii iniuste detinent, absque ulla dilatione reddi iubemus. Qui ergo his mandatis nostris spiritu superbie acquiescere noluerit, precipueque Berengarius, si oboedire contempserit, gratiam beati Petri amittet et iram omnipotentis Dei incurret. Obtemperantibus autem gratiam Dei et apostolicam benedictionem de misericordia divina confisi largimur. Data Rome II.[h] Idus Aprilis, Indictione III.

## VII, 20.

*Gregor VII. gewährt dem abgesetzten Erzbischof Manasses (I.) von Reims einen letzten Termin zum Reinigungseid mit 6 Bischöfen, vorausgesetzt, daß er sich bis dahin seinem Sitze fern im Kloster aufhalte.*

*Rom, 1080 April 17.*

*R f. 186′:* <liber VII> <n. 20>.

*Editio Romana (1591) 3, 814 n. 20. Mansi, Conc. coll. 20, 304 n. 20. Migne, Patr. lat. 148, 563 n. 20. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 647 n. 134. Jaffé, Bibl. 2, 411 n. 20. — Jaffé, Reg. 5163 (3887).*

---

e) *Es folgt* dare *durchstrichen R.* f) i *korr. aus* ę *R.* g) *Vgl. lib. III, 10 N.* c. h) *Es folgt* non. *durchstrichen R (vgl. Peitz' S. 323 A. 3).*

1) *Vgl. zum Folgenden lib. VI, 5b n. XXX.* 2) *Maurs (dép. Cantal), vgl. S. 494 A. 3 am Schluß.* 3) *Almayrac, vgl. n. 18.* 4) *Montsalvy (dép. Cantal).* 5) *Vioux, Diöz. Alby.* 6) *Alby. Vgl. dazu Notitia de ecclesia s. Eugenii de Viancio auct. anon. Albiensis eccl. canonico (Bouquet, Recueil 14, 49).*

**<Remensi archiepiscopo>**

|| GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Manasse Remensi[1].

Sciat fraternitas tua, quod depositionis sententiam a legato nostro Diensi episcopo[2] in Lugdunensi concilio[3] religiosorum virorum consilio prolatam et nos dictante iustitia in Romana synodo | apostolica auctoritate firmavimus[a 4]. Sed tamen contra morem Romanę ecclesię nimia, ut ita dixerim, misericordia ductus adiunctis tibi Suessionensi[5] Laudunensi[6] Cameracensi[7] Catalaunensi[8] episcopis vel eorum similibus, cum aliis duobus[9], quorum testimonio ęque confidamus, si de iustitia confidis et eos habere poteris, usque ad festivitatem sancti Michahelis[10] purgandi licentiam tibi indulgemus, ea videlicet condicione, ut Manasse[11] et Brunoni[12] et ceteris, qui pro iustitia contra te locuti fuisse videntur, rebus suis in integrum restitutis[13] usque ad ascensionem Domini proximam[14] Remensem ecclesiam a tua occupatione ex toto liberam deseras et Cluniacum aut Casam Dei[15] cum uno clerico et duobus laicis tuis stipendiis religiose victurus secedas. Quod si facere volueris, predicto Diensi episcopo prenuntiare procures, ut in eius presentia sacramento confirmes de rebus predicte ecclesię te nichil interim distracturum, nisi quantum tibi et predictis sociis competenter suffecerit. Clericos autem, qui tanto tempore pro iustitia exilium passi sunt, in ecclesia[b] secure Deo servire permittas. Et quoniam laboriosum tibi fuerit ad nos usque venire, concedimus, ut coram Diensi episcopo et abbate Cluniacensi aut, si abbatem deesse contigerit, coram Amato[16] predicto modo cum predictis testibus de infamia te expurges. Quodsi huic nostrę dispensationis precepto oboedire contempseris, scias, quoniam iniquitatem tuam ulterius portare non possumus et depositionis sententiam non solum immutabiliter permansuram, sed etiam nullam tibi audientiam in posterum relinquendam. Data Rome XV. Kalendas Maii, Indictione III.

*cf. VII, 22, 23. f. 187.*

---

**20.** a) -vi- *über der Zeile hinzugefügt* ]*R*; firmavimus *T*. b) *Es folgt* sunt *getilgt R*.

1) *Vgl. n. 12.* 2) *Hugo.* 3) *Vgl. n. 12 S. 476 A. 3.* 4) *In den Akten (n. 14a) nicht erwähnt.* 5) *Soissons, Ursio, 1080—81.* 6) *Laon, Helinand, s. lib. VI n. 2.* 7) *Cambrai, Gerard, s. lib. IV n. 22.* 8) *Châlons, Roger s. ebda.* 9) *Vgl. dazu oben lib. VI n. 5 S. 398 A. 2 und JL. 5147.* 10) *29. September.* 11) *Propst, vgl. lib. VI n. 2.* 12) *Kanoniker, der spätere Gründer des Karthäuserordens.* 13) *Vgl. S. 437 A. 1.* 14) *21. Mai.* 15) *La Chaise-Dieu, Diöz. Clermont.* 16) *Vgl. n. 10.*

## VII, 21.

*Pastoralschreiben an den Dänenkönig Haakon (Harald Hein) und die Dänen mit Warnungen vor Wetter- und Hexenaberglauben. Rom, 1080 April 19.*

*R f. 187:* <liber VII> <n. 21>.

*Editio Romana (1591) 3, 815 n. 21. Mansi, Conc. coll. 20, 304 n. 21. Migne, Patr. lat. 148, 564 n. 21. Jaffé, Bibl. 2, 412 n. 22. — Jaffé, Reg. 5164 (3888). Reg. dipl. hist. Danicae I, 31 n. 150.*

**<Regi Danorum episcopis principibus clero et populo>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Acono[1] regi Danorum episcopis principibus clero et populo salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam vestrę dilectionis amor Deo et beato Petro pronam oboedientiam debitamque reverentiam, in quantum[a] potuimus intelligere, studuit hactenus propensius exhibere, non
*f. 187'.* dubium habemus, quin idcirco vobis | triumphum et gloriam pre ceteris gratia divina contulerit. Quodsi in eodem studio perseverando vestrę devotionis affectus in finem permanere curaverit, pro certo et eam, quam nunc habetis, gloriam retinere et ampliorem Domino auxiliante valebitis deinceps adipisci.

Te itaque specialiter, fili karissime, cui regni[b] curam providentia divina commisit, paterno monemus affectu, ut excellentissimi parentis tui[2] regias probitates et virtutes egregias imitari satagas. Eius quidem precipui mores in tantum cęteris regibus prenituerunt, ut cunctis posthabitis nec ipso etiam imperatore Heinrico[3], qui sanctę Romanę ecclesię propinquius hęsit, excepto singulari amore illum nobis amplectendum iudicaverimus. De cuius nos obitu[4] vehementer nimiumque dolentes, ut ipsum tibi proponas exemplum, volumus hortamur iterumque monemus, quatinus inde possis ornamenta virtutum propagando educere, unde videris nobilissimi sanguinis lineam trahere. Denique cogitare debes et vigi-

---

**21.** a) *Es folgt* possumus *durchstrichen R.* b) i *korr. aus* a *R.*

1) *Vielmehr Harald Hein, vgl. n. 5.* 2) *Sven Estrithson, vgl. lib. II n. 75.* 3) *III.* 4) *Den bereits am 28. April 1074 erfolgten Tod Svens, der ihm in II, 51 und 75 noch unbekannt war (vgl. S. 238 A. 3), hat Gregor offenbar erst spät erfahren, was der Anlaß zu den beiden Briefen VII, 5 u. 23 gewesen sein dürfte, von denen der erstere vermutlich wiederum sein Ziel nicht erreicht hat. Übrigens erreichte auch der letztere den Adressaten nicht, denn Harald war bereits am 17. April 1080 gestorben.*

lanter perpendere, hęc terrena quam caduca et frivola sint, *cf. VII, 5, 6.* quam incessanter ad occasum cuncta festinent, ut eis confidere nulla stabilitas suadeat, ut in illis habendis timor horribilis lateat. Sicque fugitivis[c] perspicaciter agnitis et sapienter despectis poteris ad illa stabilia et sempiterna mentis acumen extendere, quę ad sese obtinenda animum tuum invitent et ad quę concupiscenda bonorum te exempla accendant. Inter cęteras ergo virtutes, quas animo tuo imitandas censueris, ecclesiarum defensionem in mente tua volumus eminere, sacerdotalis ordinis reverentiam proximum locum tenere ac deinde iustitiam et misericordiam in cunctis te iudiciis discrete servare.

Illud interea non pretereundum, sed magnopere apostolica interdictione prohibendum videtur, quod de gente vestra nobis innotuit, scilicet vos intemperiem temporum corruptiones aeris quascunque molestias corporum ad sacerdotum culpam transferre. Quod quam grave peccatum sit, ex eo liquido potestis advertere, quod Iudeis etiam sacerdotibus | ipse Salvator noster *f. 188.*
*cf. Matth. 8, 4; Marc. 1, 44.* lepra curatos eis mittendo honorem exhibuerit cęterisque ser-
*cf. Matth. 23, 3.* vandum esse, quę illi dixissent, preceperit, cum profecto vestri, qualescunque habeantur, tamen illis longe sint meliores. Quapropter apostolica auctoritate precipimus, ut hanc pestiferam consuetudinem de regno vestro funditus extirpantes presbyteris et clericis honore et reverentia dignis tantam contumeliam contra salutem vestram ulterius non presumatis inferre volentes eis occultas divini iudicii causas imponere.

Preterea in mulieres ob eadem causa[d] simili immanitate barbari ritus damnatas quicquam impietatis faciendi vobis fas esse nolite putare. Sed potius discite divinę ultionis sententiam digne penitendo avertere, quam in illas insontes frustra feraliter seviendo iram Domini multo magis provocare.

Si enim in his flagitiis duraveritis, procul dubio vestra felicitas in calamitatem vertetur et, quibus victis hucusque soliti fuistis dominari, eorum nimirum iugum ferre superati nec resistere valentes cogemini. Si vero nobis, immo beato Petro in his oboedientes fueritis, sicut de clementia divina confidimus, et peccatorum vestrorum veniam[1] et apostolicam benedictionem poteritis consequi. Data Rome XIII. Kalendas Maii, Indictione III.

---

c) -vis *korr. aus* -vus *R.* d) *Korr. aus* causam *R.*

1) *Vgl. hierzu S. 412 A. 1.*

## VII, 22.

*Gregor VII. teilt dem Bischof Arnald von Le Mans seine Restitution und die Absolution des Abtes Johel von Saint-Pierre de la Couture mit. Rom, 1080 April 24.*

*R f. 188:* <liber VII> <n. 22>.

*Editio Romana (1591) 3, 816 n. 22. Mansi, Conc. coll. 20, 305 n. 22. Migne, Patr. lat. 148, 565 n. 22. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 648 n. 135. Jaffé, Bibl. 2, 414 n. 22. — Jaffé, Reg. 5165 (3889).*

**<Cenomannensi episcopo>**

(★) GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Arnaldo Cenomannensi episcopo[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Episcopale officium, quod tibi legatus noster[2] interdixe-
*cf. VII, 20, 23.* rat, iustitia dictante reddimus. Abbatem Iohelem[3] absolvimus. Rainaldum invasorem, quia per ambitionem periuravit, deponimus, ut nec in illo quod cupivit nec in alio monasterio ulterius abbas existat. Quapropter volumus, ut iamdictum Rainaldum cędere facias et Iohelem in loco suo abbatem restituas[4]. Data Rome VIII. Kalendas Maii, Indictione III.

## VII, 23.

*Pastoralschreiben an König Wilhelm (I.) von England samt Mitteilung über die in n. 22 erwähnten Maßnahmen. Rom, 1080 April 24.*

*R f. 188:* <liber VII> <n. 23>.

*Editio Romana (1591) 3, 817 n. 23. Mansi, Conc. coll. 20, 306 n. 23. Migne, Patr. lat. 148, 565 n. 23. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 648 n. 136. Jaffé, Bibl. 2, 414 n. 23. — Jaffé, Reg. 5166 (3890).*

**<Regi Anglorum>**

★ GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Guillelmo regi Anglorum[5] salutem et apostolicam benedictionem.

Notum esse tibi credo, excellentissime fili, priusquam ad pontificale culmen ascenderem, quanto semper te sincerę di-

---

1) *Le Mans 1066—81.* 2) *Amatus von Oleron, vgl. n. 10.* 3) *Von Saint-Pierre de la Couture, Diöz. Le Mans.* 4) *Aus dem Fehlen von einleitenden und Schlußsätzen, der formlosen Gestalt des Briefs, wie sie sich nur noch einmal in lib. II, 43 findet, schließt Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 155 auf päpstliches Diktat eines „rasch hingeworfenen Bescheids". Doch ist in beiden Fällen auch mit der Möglichkeit fragmentarischer Registrierung zu rechnen.* 5) *I. Vgl. n. 1.*

lectionis affectu amavi, qualem etiam me tuis negotiis et quam effi|cacem exhibui, insuper, ut ad regale fastigium *f. 188'.* cresceres, quanto studio laboravi. Qua pro re a quibusdam fratribus[1] magnam pęne infamiam pertuli summurmurantibus, quod ad tanta homicidia perpetranda tanto favore meam operam impendissem. Deus vero in mea conscientia testis *cf. II, 5, VII, 23, IX, 23.* erat, quam recto id animo feceram sperans per gratiam Dei et non inaniter confidens de virtutibus bonis, quę in te erant, quia, quanto ad sullimiora[a] proficeres, tanto te apud Deum et sanctam ecclesiam, sicut et nunc Deo gratias res est, ex bono meliorem exhiberes. Itaque nunc tanquam dilectissimo filio et fideli sancti PETRI et nostro, sicut in familiari colloquio facerem, consilium nostrum et, quid te postmodum facere deceat, paucis aperio. Quando enim complacuit ei, qui *cf. Luc. 1, 52.* exaltat humiles, ut sancta mater nostra ecclesia ad regimen apostolicę sedis invitum satis ac renitentem[2] Deo teste me *cf. II, 49, IV, 3, V, 10, 13, IX, 29.* raperet, continuo nefanda mala, quę a pessimis filiis suis *cf. Is. 58, 1.* patitur, officii mei, quo mihi clamare et nunquam cessare[3] iniunctum est, necessitate compulsus amore quoque ac timore devinctus dissimulare non potui; amore quidem, quia sanctus *cf. I, 11, 39, 71, III, 10a, 21.* Petrus a puero in domo sua dulciter nutrierat et quia caritas domini Dei nostri me quasi aliquid ęstimans tanti pastoris vicarium ad regendam[b] sanctam matrem nostram elegerat; timore autem, quia terribiliter divina lex intonat dicens: *Jer. 48, 10.* 'Maledictus homo, qui parcit gladio suo a sanguine', id est qui doctrinam subtrahit ab occisione carnalis vitę[4]. Nunc igitur, karissime et in Christo semper amplectende fili, cum et matrem tuam nimium tribulari conspicias et inevitabilis nos succurrendi necessitas urgeat[c], talem te volo et mul- *cf. 2. Cor. 6, 6.* tum pro honore tuo et salute in vera et non ficta caritate *cf. I, 3, 9, VII, 3.* moneo ad omnem[d] oboedientiam prebeas, ut, sicut cooperante Deo gemma principum esse meruisti, ita regula iustitię et oboedientię forma[e] cunctis terrę principibus esse merearis tot

---

**23.** a) *So R, vgl. S. 501 Z. 6 und 20 und lib. I, 9 S. 29 Z. 32:* sullimavit. b) a *später korr. in* u *R;* regendam *T.* c) *Korr. aus* urgueat *R.* d) *Jaffés Annahme einer Lücke (so auch noch Boehmer, Kirche und Staat in England S. 135 A., Reuter, Diss. Greifswald 1913 S. 26) ist ungerechtfertigt, vgl. Peitz S. 293.* e) formam *R.*

1) *Man hat etwa an Petrus Damiani zu denken, vgl. dessen scharfe Verurteilung des Kriegszuges Leos IX. gegen die Normannen (Epist. IV, 9, ed. Migne 144, 311).* 2) *Die gleiche Beteuerung in I, 3, 8, 70, III, 10a, IV, 28, VII, 14a, vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 145.* 3) *Zu diesem bei Gregor beliebten Bibelzitat vgl. n. 14a S. 483 A. 6.* 4) *Frei zitiert nach Gregor I. Reg. pastor. III, 25, einem Lieblingszitat, das auch in I, 15, II, 5, 66 (67), III, 4, IV, 1, 2, VIII, 21 erscheint, vgl. Blaul S. 132.*

procul dubio in futura gloria principum princeps futurus, quot usque in finem seculi exemplo tuę oboedientię principes salvabuntur; et si quidam illorum salvari noluerint, tibi tamen retributio nullatenus minuetur; non solum autem[f] sed et in
*f. 189.* hoc mundo tibi et heredibus tuis victoria honor potentia | sullimitas[g] amplius cęlitus tribuetur. Exemplum tibi te ipsum propone. Sicut enim velles ab eo, quem ex misero et pauperrimo servo potentissimum regem fecisses, non immerito honorari, sic et tu, quem ex servo peccati misero et pauperculo — ita quippe omnes nascimur — potentissimum regem Deus gratis fecit, honoratorem tuum protectorem[h] atque adiutorem tuum omnipotentem Iesum honorare semper studiose festina. Nec ab hoc impediat te pessimorum principum turba; nequitia enim multorum est, virtus autem paucorum; gloriosius est probato militi multis fugientibus in prelio stare; pretiosior illa est gemma, quę rarius invenitur. Immo quanto magis potentes huius seculi superbia sua et impiis actibus excecati[1] corruunt in profundum, tanto magis te, qui pre illis multum Deo carus inventus es, pie humiliando decet erigi et oboediendo sullimari[g], ut sit, sicut scriptum est: 'Impius impie agat adhuc et qui in sordibus est sordescat adhuc et iustus iustificetur adhuc.' *Apoc. 22, 11.* Plura tibi adhuc exhortando scriberem, sed quia tales misisti, qui me satis de tua prudentia honestate iustitia simul cum filio nostro Huberto[2] lętificaverunt, sapienti viro satis esse dictum iudicavi[3] sperans, quia omnipotens Deus supra quam dicimus in te et per te ad honorem suum dignabitur operari. Quę vero in litteris minus sunt, legatis tuis viva tibi voce dicenda commisimus. Ipse autem omnipotens Deus et pater noster hoc tuo cordi, karissime fili, ita inspirare atque plantare misericorditer dignetur, quatinus et[i] in hoc seculo merito virtutum tuarum reg-

---

f) *Giesebrecht, De registro emendando p. 41 und Jaffé vermuten mit Unrecht eine Lücke, vgl. Peitz S. 293.* g) *So R, vgl. oben N. a.* h) *Nach* pro- *folgt ein durchstrichener Buchstabe R.* i) *Davor* ih *getilgt R.*

1) *Vgl. Gregor I., Moral. lib. IV c. 8 (Migne 75, 644)* superbiae caecitas, *lib. XV c. 53 (p. 1112)* excaecante superbia. 2) *Subdiakon und Legat, vgl. n. 16.* 3) *Hier ist anscheinend mit verhüllten Worten auf die Forderung des Lehnseids — die im folgenden angekündigte mündliche Mission der Gesandten — angespielt. von der wir Positives nur aus der ablehnenden Antwort Wilhelms (Epistolae Lanfranci n. 10 ed. Giles 1, 32) wissen, vgl. Boehmer l. c. S. 134 A. 8, Brooke, Pope Gregory VII.'s demand for fealty from William the Conqueror, in Engl. Hist. Review 26 (1911), 225 ff., Lange, Staatensystem Gregors VII. auf Grund d. augustin. Begriffs d. libertas ecclesiae, Diss. Greifswald 1915 S. 56 ff.*

num tuum et potentiam augeat et in futuro cum sanctis regibus ad regna supercelestia inexcogitabiliter meliora feliciter introducat. Amen [1].

Cenomannensi episcopo [2] tuis precibus iustitia dictante faventes officium episcopale reddidimus[h]. Abbatem quoque monasterii sancti PETRI, quod est Cinomanni, absolvimus [3]. Data Rome VIII. Kalendas Maii, Indictione III. *cf. VII, 20, 22.*

## VII, 24.

*Gregor VII. überträgt dem Abt Wilhelm von Hirsau die Leitung des der römischen Kirche unterstehenden Klosters Allerheiligen in Schaffhausen und bestätigt dessen Freiheiten, insbesondere von jeder weltlichen Oberhoheit, unter Kassierung eines Vogteiprivilegs Alexanders II.*

*Lateran, 1080 Mai 8 [5].*

*R f. 189:* <liber VII> <n. 24>.

*Empfängerüberlieferung: Original* [4] *Schaffhausen, Kantonalarchiv (Photographie im Privatbesitz von P. Kehr), ed. Fickler, Quellen und Forsch. z. Gesch. Schwabens und d. Ostschweiz (1859) S. 21 n. 10, Baumann, in Quellen z. Schweizer Gesch. 3 (1883) S. 20 n. 8.*

*Editio Romana (1591) 3, 818 n. 24. Mansi, Conc. coll. 20, 307 n. 24. Migne, Patr. lat. 148, 567 n. 24. Jaffé, Bibl. 2, 417 n. 24. — Jaffé, Reg. 5167 (3891). — Vgl. H. Hirsch, Die Gründung u. Reform d. Allerheiligenklosters zu Schaffhausen, MIÖG. Erg.-Bd. 7, 517 ff.*

**<Abbati Hirsaugiensis monasterii>**

|| GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Willelmo abbati Hirsaugiensis monasterii [5] salutem et apostolicam benedictionem. (★)

---

h) *Das dritte* d *korr. aus* m *R.*

*Empfängerüberlieferung:* 25 Willelmo abbati] dilecto in Christo filio Willelmo venerabili abbati 26 monasterii] cenobii

1) *Die* Omnipotens Deus-*Schlußwünsche, die sich ca. 30mal im Register finden, sind anscheinend von Gregor persönlich stilisiert; vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 122.* 2) *Vgl. n. 22.* 3) *Eine Nachschrift auch in lib. II, 73 und VII, 6.* 4) *Den Nachweis der Originalität führte gegen die Anzweifelungen von Pflugk-Harttungs in Forsch. z. deutsch. Gesch. 24, 426 (vgl. Acta pont. ined. 1, 56 A. 6) und Loewenfelds (JL. 5167) P. Kehr in Nachr. d. Götting. Gesellsch. d. Wiss. 1904 S. 463 ff. Eine Verfälschung ist nur die nachträglich nach einer Urban II.-Vorlage eingezeichnete Rota und nach P. Kehr l. c. S. 466 A. 2 auch die Datierung, die von andrer Hand als der Text herrührt und vielleicht ebenfalls erst in Schaffhausen hinzugefügt worden ist, wobei freilich die mit dem Register ziemlich übereinstimmenden Zeitangaben überraschen.* 5) *Hirsau.*

f. 189'. Quoniam pervenit ad nos, | quod religio tua curam monasterii sancti Salvatoris[1] iuris apostolicę sedis, cui etiam duodecim aurei, quorum XX unciam faciunt, ex eodem monasterio annis singulis persolvi debent[2], siti in villa Scaphusa in episcopatu Constantiensi obsecrante comite Burchardo[3] virisque religiosis hortantibus eo dumtaxat tenore susceperit, ut predictus comes, qui sibi in prefato monasterio quasdam quasi proprias conditiones vendicabat, dimissa atque renuntiata omni seculari potestate[4] locum ipsum liberum esse permitteret, studium dilectionis tuę probantes, quod factum est, apostolica auctoritate firmamus. Et quia per te locus ille, sicut audivimus, ad religionis statum Domino miserante cępit assurgere, nos, in quantum valemus, perpetuam illic sanctitatis stabilitatem providere cupientes fraternitati tuę super cenobium illud nostrę sollicitudinis vicem committimus, scilicet ut fratres ibi disciplinis regularibus instruere mores eorum vitamque competenter instituendo ea, quę ad animarum salutem pertinent, vigilanter providere ac maxime, ut inibi abbas secundum Deum ordinetur, procures. Preterea ut sępefati monasterii fratres sine inquietudine propositum suum valeant securius et propensius exequi ac omnipotenti Domino debitę devotionis obsequium instanter et gratanter exsolvere, volumus et apostolica auctoritate precipimus, ut nullus sacerdotum regum vel ducum aut comitum seu quelibet magna aut parva persona presumat sibi in eo loco aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii iuris, non advocatię, non investiturę, non cuiuslibet potestatis, quę libertati monasterii noceat,

---

*—* *Am Rand:* N(ota) censum, *von Hand des Revisors (12. Jahrh.), vgl. N. A. 38, 167.*

*Empfängerüberlieferung:* 3 XX] viginti 22 exsolvere] exolvere

1) *Allerheiligen in Schaffhausen.* 2) *Vgl. Deusdedit, Coll. can. lib. III c. 265 (149) (ed. Martinucci p. 327, Wolf v. Glanvell p. 377), Benedictus canon. Lib. politicus (Cod. Camerac. 554), Albinus lib. X, 30, Cencius Lib. censuum n. 71 (ed. Fabre-Duchesne p. 354 n. 83), wahrscheinlich aus gemeinsamer Quelle:* Item ex eodem capitulo LXXV. Monasterium Salvatoris in Svevia in episcopatu Constantie in villa que dicitur Scaphusa solvit annuatim aureos XII [XX *AC*] quorum XX unciam faciunt. *Vgl. Cencius l. c. p. 157:* In episcopatu Constantiensi. Monasterium in Scafhusin I unctiam auri. 3) *von Nellenburg, Sohn des Stifters Graf Eberhard, vgl. die Aktaufzeichnungen 1082—90 bei Baumann l. c. S. 14 n. 6, 1—5.* 4) *Vgl. die Aktaufzeichnung über den Verzicht des Gründers auf das Eigenkirchenrecht von c. 1092 (ed. Baumann l. c. n. 1 (1080) S. 15):* villam Scaphusin . . . monasterio tradidi et statim omni proprietate potestate hereditario iure et advocatia me abdicavi.

vendicare, non ornamenta ecclesię sive possessiones invadere minuere vel alienare, sed ita sit ab omni seculari potestate securus et Romanę sedis libertate[1] quietus, sicut constat Cluniacense monasterium et Massiliense manere[2]. Abbas autem advocatum quem voluerit eligat; quodsi is postmodum non fuerit utilis monasterio, eo remoto alium constituat. Privilegium autem, quod bonę memorię predecessor noster ALEXANDER[3] contra sanctorum patrum statuta aliqua | surrep- *f. 190.* tione vel deceptione inductus eidem loco fecit, in quo Heverardo comiti[4] eiusque posteris advocatiam et preficiendi abbatis potestatem et totius rei administrationem concessit, nos canonice correctionis sententia per apostolicam functionem utentes infirmamus infringimus atque cassamus et, ne per hoc alicuius temeraria cupiditas[a] in audaciam suę perditionis erumpat, apostolica auctoritate in irritum devocamus[5]. Si quis ergo contra hoc salubre preceptum nostrum pertinaciter ire temptaverit, gratiam beati Petri se non dubitet amissurum[6] admonitusque semel bis et tertio per competentes indutias, si non resipuerit et si delictum suum emendare contempserit, sciat se divino anathemate innodatum et a corporis et sanguinis Dominici communione alienum. Illud etiam ad Romanę libertatis munus confirmandum subiungentes adiecimus, ut, si aliquo tempore Constantiensi ecclesię presidens ab apostolica sede discordaverit eique inoboediens fuerit, quod[7] *cf. 1. Reg. 15, 23.* confirmante Samuhele peccatum ariolandi et idolatrię scelus est, dicente quoque beato Ambrosio[8]: 'Ereticum esse constat,

---

**24.** a) -tas *korr. aus* -tatis *R.*

*Empfängerüberlieferung:* 15 auctoritate] potestate 18 tertio] tercio 24 inoboediens] inobędiens 26 Ambrosio] Ambrosio in libro epistolarum. *(Vom Registrator übersehene oder nicht mehr berücksichtigte Randkorrektur auf dem Konzept.)*

1) *Vgl. zu diesem Begriff oben lib. II, 59 S. 213 A. 1, ferner Hirsch, Klosterimmunität (1913) S. 34.* 2) *Über das besondere Verhältnis dieser Klöster zur römischen Kirche vgl. Messing, Diss. Greifswald 1907 S. 76 ff.* 3) *Nicht erhalten, vgl. JL* 4749, vermutlich zu 1064 gehörig, vgl. Kehr, Nachr. d. Gött. Ges. 1904 S. 423 A. 1.* 4) *Vgl. S. 503 A. 3.* 5) *Vgl. hierzu lib. VI, 2 S. 393 A. 2 und zur Sache Hirsch, MIÖG. l. c. S. 522.* 6) *Über diese Formel (vgl. auch I, 35, 66, II, 13, 34, 40, 46, 76, III, 9, IV, 4, VI, 10, 25, 26, VII, 1, 4, 14a, 19, VIII, 2, 15, IX, 7, 27) und ihre Entlehnung aus der Königsurkunde vgl. Köstler, Huldentzug als Strafe (Kirchenrechtl. Abh. hgg. v. Stutz, Heft 62, 1910) S. 67 ff.* 7) *Über diese Parenthese als eigendiktierten Einschub vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 200. Das Bibelzitat ist eins der häufigsten bei Gregor, vgl. lib. II, 45, 66, 75, IV, 1, 2, 11, 23, 24, VI, 10, 11, VII, 14a, 16, VIII, 15, 21, IX, 20, 35.* 8) *Ein ähnlicher Gedankengang bei Ambrosius, Epist. 1, 11 (Migne 16, 946). In dieser prägnanten Form findet sich der Satz in lib.*

qui Romanę ecclesię non concordat', liceat abbati sibi suisque a quocunque religioso episcopo placuerit ordinationes consecrationes et, quę ad episcopale officium pertinent[b], expetere atque suscipere vel ad apostolicam sedem recurrere. Observatores autem huius nostri precepti remissionem omnium peccatorum suorum[1] et gratiam bonam a Domino consequantur. Actum Lateranis VIII. Idus Maii, Indictione III[2].

## VII, 25.

*Pastoralschreiben an König Wilhelm (I.) von England.*
*Rom, 1080 Mai 8.*

*R f. 190:* <liber VII> <n. 25>.

*Editio Romana (1591) 3, 819 n. 25. Mansi, Conc. coll. 20, 308 n. 25. Migne, Patr. lat. 148, 568 n. 25. Jaffé, Bibl. 2, 419 n. 25. — Jaffé, Reg. 5168 (3892).*

**<Regi Anglorum>**

★ (‖) GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Guilielmo regi Anglorum salutem et apostolicam benedictionem.

Credimus prudentiam vestram non latere omnibus aliis excellentiores apostolicam et regiam dignitates huic mundo ad eius regimina omnipotentem Deum distribuisse. Sicut enim ad mundi pulchritudinem oculis carneis diversis temporibus representandam solem et lunam omnibus aliis eminentiora disposuit luminaria[3], sic, ne creatura, quam sui[a] benig- *cf. Gen. 1, 17.*

---

b) n *über der Zeile hinzugefügt vom Registrator R.*

**25.** a) i *korr. aus* a *R.*

*Empfängerüberlieferung:* 7 Actum — III] Datum Lateranis V non. Maii indictione III. Anno dominicę incarnationis MLXXX. Anno vero pontificatus domni GREGORII pape VII. octavo. *(Doch vgl. S. 502 Anm. 4.)*

*II, 55a n. 26 und vorher bei Petrus Damiani (s. die S. 207 N. zitierten Stellen), der vielfach mit Hinweis auf den h. Ambrosius argumentiert, vgl. auch Liber canonum contra Heinricum IV c. 7 (M. G. Lib. de lite 1, 480):* Ambrosius: Hereticum esse constat, qui a Romana ecclesia discordat. *Daß Gregor der Satz bereits in so zurechtgemachter Fassung, etwa in einer Kanonessammlung, vorlag, vermutet Sdralek, Streitschriften Altmanns von Passau S. 98 A. 2; vgl. auch Blaul l. c. S. 67.*

1) *Vgl. hierzu oben S. 412 A. 1.* 2) *Vgl. auch die Aktaufzeichnung, ed. Baumann l. c. n. 2 (1087) S. 16:* Nec mora legatos cum literis Romam misi et ab apostolico scilicet b. m. Gregorio papa VII. privilegium libertatis et immunitatis impetravi. Quod privilegium a me debita reverentia susceptum in sinodo Constantiensi et in multis locis . . . recitare faciens omnia, quę in eo statuta vel precepta sunt, pro posse et nosse meum adimpleturum et conservaturum et promisi et semper, quoad vixero, libens ac devotus promitto. 3) *Vgl. Nicolaus I. JL. 2674* (sedes apostolica) quam Dei filius in sancta ecclesia sua tanquam luminare maius

nitas ad imaginem suam in hoc mundo creaverat, | in erronea *f. 190'.*
et mortifera traheretur pericula, providit, ut[b] apostolica et
regia dignitate per diversa[c] regeretur officia[d] [1]. Qua tamen
maioritatis[e] et minoritatis[f] distantia religio sic se movet
christiana, ut cura et dispositione apostolica dignitas post
Deum gubernetur regia. Quod licet, fili karissime, tua non
ignoret vigilantia, tamen, ut pro salute tua indissolubiliter
menti tuę sit alligatum, divina testatur scriptura [2] apostoli-
* cam et pontificalem dignitatem reges christianos cęterosque
omnes ante divinum tribunal representaturam et pro eorum
* delictis rationem Deo reddituram. Si ergo iusto iudici et
qui mentiri nescit creaturarum omnium creatori tremendo
iudicio te sum representaturus, iudicet diligens sapientia tua,
an debeam vel possim[g] saluti tuę non diligentissime cavere
*cf. Ps. 26, 13; 51, 7; 141, 16.* et tu mihi ad salutem tuam, ut viventium possideas terram [3],
debeas vel possis sine mora non oboedire. Provideas ergo,
ut pro[h] te incessanter insistas, ut te diligis Deum[i], honorem *cf. III, 10, VII 11, VIII, 21.*
Dei tibi tuoque proponere honori[k], Deum munda mente
totis viribus integro corde diligere. Crede mihi, si Deum

---

*—* *Am Rand ein* Notazeichen *des 12. Jh. und:* Romanos pontifices rationem de omnibus redituros, *von Hand des Revisors (12. Jh.), vgl. N. A. 38, 167.*

b) *Korr. über* et *R,* ut *T.* c) *Korr. aus* diversas *R.* d) *Durch Umstellungszeichen korr. aus* officia regeretur *R,* officia regeretur *T.* e) -ri- *korr. aus* -ra- *R.* f) minoratis *R;* minoritatis *T.* g) *Es folgt* tibi *radiert R.* h) *So R. T; Jaffé korr.* per. i) *So R; offenbar verderbte Stelle, deren Besserung nicht mit Sicherheit möglich ist.* k) -i *korr. aus* -e *R.*

in coelo constituit, *nach Hauck, Gedanke d. päpstl. Weltherrschaft S. 22, die erste Anwendung des berühmten Gleichnisses; doch vgl. über ein Zeugnis schon aus der frühchristlichen Literatur Bernheim, Mittelalt. Zeitanschauungen 1, 154. — Vgl. lib. IV, 2, VIII, 21, wo aus Ambrosius der Vergleich von Gold und Blei entlehnt ist; das dritte bekannte Gleichnis von Leib und Seele bei Humbert, Adv. simoniacos lib. II, 21 (M.G. Lib. de lite 1, 225).*

1) *Zu dieser Theorie vgl. Bernheim, Mittelalterl. Zeitanschauungen 1 (1918) S. 223 f. — Vgl. auch lib. VI, 35.* 2) *Vgl. vielmehr Gelasius I. JK. 632 (Ps.-Isidori Decr. ed. Hinschius p. 639):* Duo quippe sunt, imperator auguste, quibus principaliter mundus hic regitur; auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas. In quibus tanto gravius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem. *Irrig ist mithin die Deutung bei Brooke in Engl. Hist. Review 26, 235 (s. oben n. 23) auf lehnrechtliche Vorstellungen.* 3) *Auch in diesen Worten will Brooke l. c. mit Unrecht Anspielung auf lehnrechtliche Vorstellungen erblicken.*

pura mente, ut audis et ut scriptura precipit, dilexeris, si
*cf. I, 3, 19, VII, 23.* Dei honorem, ut debes, in omnibus tuo proposueris, qui ficte nescit diligere, qui potens est etiam te proponere, hic et in futuro te amplexabitur et regnum tuum omnipotenti suo brachio dilatabitur. Data Rome VIII. Idus Maii, [I]ndictione[1] III[m].

## VII, 26.

*Gregor VII. dankt der Königin Mathilde von England für ein Ergebenheitsschreiben. Rom, 1080 Mai 8.*

*R f. 190'*: liber VII <n. 26>.

*Editio Romana (1591) 3, 820 n. 26. Mansi, Conc. coll. 20, 309 n. 26. Migne, Patr. lat. 148, 569 n. 26. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 649 n. 137. Jaffé, Bibl. 2, 420 n. 26. — Jaffé, Reg. 5169 (3893).*

**<Mathildi regine Anglorum>**

*10, VII 11, 21.*

★ **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Mathildi reginę Anglorum salutem et apostolicam benedictionem.

Ingenuitatis vestrę lectis litteris[1], quam fideli mente Deo oboedias, quanta dilectione fidelibus suis adhereas, intelleximus. Nos quoque quomodo mentis tuę memoria presentes contineat, ex amplitudinis tuę promissionibus non minus percipimus, quibus designastis[a], ut, quicquid de vestris vellemus, si notum vobis fieret, sine mora susciperemus. Quod, filia karissima, qua suscepimus dilectione et quę munera a te obtamus, sic intellegas. Quod enim aurum, quę gemme, quę mundi huius pretiosa mihi a te magis sunt expectanda, quam vita casta, rerum tuarum in pauperes distributio, Dei et proximi dilectio? Hęc et his similia a te munera obta-
*f. 191.* mus, ut integra et simplici[b] | diligas, nobilitatem tuam precamur, dilecta obtineas, habita nunquam[c] derelinquas. His armis et similibus virum tuum armare, cum Deus tibi oportunitatem dederit, ne desistas. Cętera, quę dimisimus, per Hubertum[2] filium nostrum et fidelem communem mandamus. Data Rome VIII. Idus Maii, [I]ndictione[d] III.

---

l) *Initiale fehlt R.* m) *Am Rand* liber VIII *mit roter Tinte vom Registrator hinzugesetzt, dann, da die Angabe an falscher Stelle gemacht ist,* VIII *in* VII *korrigiert R, vgl. Peitz S. 72.*

**26.** a) *Korr. aus* designatis *R.* b) *So R. T; Giesebrecht, De registro emend. p. 41 = Jaffé ergänzen* mente *oder* anima. *Mansi und Brooke l. c. S. 235 A. 44 korr.* simplicia. c) *Nachträglich korr. aus* nonnumquam *R;* nonnunquam *T.* d) *Initiale fehlt R.*

1) *Nicht erhalten.* 2) *Vgl. n. 23.*

## VII, 27.

*Gregor VII. mahnt Robert, den Sohn des Königs (Wilhelm I.) von England zum Gehorsam gegen seinen Vater.*
*Rom, 1080 Mai 8.*

*R f. 191:* **liber VII** < n. 27 >.

*Editio Romana (1591) 3, 820 n. 27. Mansi, Conc. coll. 20, 310 n. 27. Migne, Patr. lat. 148, 570 n. 27. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 650 n. 138. Jaffé, Bibl. 2, 420 n. 27. — Jaffé, Reg. 5170 (3894).*

**< Filio regis Anglorum >**

★ GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Roberto filio regis Anglorum[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Certi rumores tuorum morum et tuę prudentię et liberalitatis, qui usque ad nos pervenere, partim dilectione parentum partim tua nos lętificaverunt. Qui vero econtra quorundam pravorum consilio[a] aures nostras molestaverunt, ut priores hilarem, sic sinistri[b] nos reddidere tristem. Nunc vero, quia per Hubertum filium nostrum[2] audivimus te paternis consiliis adquiescere, pravorum vero omnino dimittere[3], lętamur. Insuper monemus et paternę precamur, ut menti[c] tuę semper sit infixum, quia, quam forti manu quam divulgata gloria quicquid pater tuus possideat, ab ore inimicorum extraxerit, sciens tamen se non imperpetuum vivere, sed ad hoc tam viriliter insistere, ut eredi alicui suo dimitteret. Caveas ergo, fili dilecte, admonemus, ne abhinc pravorum consiliis adquiescas, quibus patrem offendas et matrem contristeris. Sint tibi indissolubiliter infixa precepta et monita divina: 'Honora patrem et matrem, ut sis longevus super terram'; *Exod. 20, 12.* et illud: 'Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur'. *Exod. 21, 17.* Si vero ex honore patris et matris longior tibi[d] tribuitur vita, econtra si dehonestas, quid tribuatur, liceat videas. Si autem ex maledictis mortem filio divina scriptura intonat, multo certius ex malefactis certiorem mortem insinuat. Quid ergo restat, si membrum Christi vis vivere et in mundo isto honeste conversari? Pravorum consilia ex officio nostro precipimus penitus dimittas, patris[e] voluntati in omnibus adquiescas. Data Rome VIII. Idus Maii, [I]ndictione[f] III.

---

**27.** a) *Jaffé nimmt mit Unrecht eine Lücke an.* b) sinistris *R. T.* c) mentis *R.* d) ti- *korr. aus* tri- *R.* e) patri *R.* f) *Initiale fehlt R.*

1) *Graf von der Normandie, nachmals König Robert I.* 2) *Vgl. n. 26.* 3) *Über Roberts Aufstand wider den Vater und seine Begnadigung vgl. Ordericus Vitalis lib. V (Bouquet 12, 601 ff.).*

## VII, 28.

*Gregor VII. beauftragt den Erzbischof R(offred) von Benevent mit der Prüfung und Aburteilung eines ihm vom armenischen Erzbischof denunzierten Ketzers Macharus.*

*(1080.)*

*R f. 191:* **liber VII** <n. 28>.

*Editio Romana (1591) 3, 821 n. 28. Mansi, Conc. coll. 20, 310 n. 28. Migne, Patr. lat. 148, 570 n. 28. Jaffé, Bibl. 2, 421 n. 28. — Jaffé, Reg. 5171 (3895).*

<**Beneventano episcopo**>

|| GREGORIUS[a] episcopus servus servorum Dei fratri et coepiscopo Beneventano R.[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitati tuæ notum facimus presentium latorem Io-
*f. 191'.* hannem presbyterum, virum quidem | sicut ex professione sua cognovimus orthodoxum, nobis ex parte Simandensis archiepiscopi Armenii[2] conquestum esse super quodam nefario, quem nos ex ore suo convictum hereticum adiudicavi- *cf. Luc. 19, 22.*
mus, quod is ob hanc impietatem de Armenia expulsus gravem contra Armeniam eiusdem heresis gignat Latinę apostolicę catholicęque ęcclesię suspitionem, immo vero iudicium. Unde nos illius ęcclesię, Armeniorum scilicet, fidem, sicut ex huius verbis didicimus, comprobantes dilectioni tuę monendo precipimus, ut prefatum hereticum[b], qui manus nostras iudicium suę perfidię formidans suffugit, diligenter exquiras et sollerter examines. Si igitur illum resipuisse et ad catholicam fidem redisse intellegentię tuę constiterit, sane edoctum et confirmatum ac in nullo lesum dimittas incolumem; si vero nondum ad matris ęcclesię gremium et rectam fidem de sui erroris pravitate conversus est, ad sane doctrinę consilium per penitentię tramitem eum reducere commonendo procures. Quodsi veris rationibus et saluberrimis monitis tuis diabolico spiritu induratus acquiescere et sinceris intellectibus fidei consentire noluerit, ne rabies illius ignaros latere et sic incautos valeat ledere, iubemus, ut eum facias perfidię nota in aperto signari ac deinde ex toto archiepiscopatu tuo ipsum expulsum

---

28. a) *Über die im folgenden wechselnden Kürzungen des Papstnamens der Intitulatio der Briefe VII, 28 — VIII, 23 vgl. die Liste bei Peitz S. 47 und oben S. XXXVI.* b) *Das zweite* e *aus* t *korrigiert R.*

1) *Roffred 1076 — c. 1107.* 2) *Gregor III. Vecaiaser, der erste armenische Katholikos in Sebaste in Kappodokien, wohin der Sitz 1060 wegen der Türkeninvasion verlegt worden war, vgl. Le Quien Oriens latinus 1, 1396.*

heresim eius cunctis detegendo ubique, quantum potes, ut apostatam et christianę unitatis inimicum non desinas persequi. Ut autem eum invenire repertumque citius possis agnoscere, nomen ipsius Macharum et loci, in quo moratur, Frigentum[1] subiungimus. Hoc etiam tibi prȩcipimus, ut iunctus religioso abbati Montis Casini[2] cunctisque tuis coepiscopis prephati heretici causam discutias discussamque diffinias. Insuper ferrum, quod nos sibi portare contradiximus, ulterius ferre interdicito, ne hac ypocrisi incautas mentes amplius decipiat. Pecuniam vero, quam tanta fraude acquisivit, nostro precepto sibi auferas pauperibusque distribuas.

---

## < IN NOMINE DOMINI INCIPIT LIBER VIII. REGISTRI DOMNI GREGORII VII. PAPE ANNO DOMINICE INCARNATIONIS M. LXXX. PONTIFICATUS VERO DOMINI GREGORII ANNO VII., INDICTIONE III. >[a] | *f. 192.*

## VIII, 1.

*Gregor VII. fordert von dem armenischen Erzbischof G(regor) Aufklärung über abweichende Bräuche der armenischen Kirche und ein schriftliches Bekenntnis zur Orthodoxie römischer Observanz. (Rom), 1080 Juni 6.*

*R f. 192:* liber VIII < prima epistola >.

*Editio Romana (1591) 3, 822 n. 1. Mansi, Conc. coll. 20, 311 n. 1. Migne, Patr. lat. 148, 571 n. 1. Jaffé, Bibl. 2, 423 n. 1. — Jaffé, Reg. 5172 (3896).*

**< Simandensi archiepiscopo in Armenia >**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei G.[3] dilecto (★)
* in Christo fratri Simandensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

---

* < in Armenia > *Zusatz am Rand von Hand des Revisors (12. Jahrh.) vgl. N. A. 38, 167.*

1. a) *Von dieser Überschrift gilt das gleiche wie von der zu Buch VII.*

1) *Frigento.* 2) *Desiderius, vgl. lib. I n. 1.* 3) *Vgl. lib. VII n. 28.*

Summę sedis specula, cui Deo auctore licet indigni presidemus, ac universalis ęcclesię sollicitudo, quam ipsius disponente providentia gerimus, compellit nos sicut de illorum, qui se a Christi corpore separant, perditione vehementer dolere, ita quoque de eorum, qui recta sentiunt et unitatem fidei servare noscuntur, salutari consensu ineffabili lętitia congratulari. Proinde quoniam vestram, scilicet Armeniorum, ęcclesiam a rectitudine fidei, quam ab apostolis et sanctis patribus traditam universalis ecclesia tenet, in quasdam pravas exorbitasse sententias[1] nobis relatum est, profecto nimium paterni affectus compassione doluimus.

Quorumdam siquidem relatione didicimus[b] in cęlebrandis sacrificiorum salutiferis sacramentis aquam vino penitus apud vos non admisceri, cum nemo christianus, qui sacra novit evangelia, dubitet e latere Domini aquam cum sanguine emanasse. Audivimus etiam, quod contra morem sanctę ęcclesię * vestra non ex balsamo sanctum chrisma[c] sed ex butyro conficiat[d] et quod Dioscorum Alexandrinum heresiarcham ob perfidię suę duritiam in concilio Calcedonensi[2] depositum atque dapnatum[e] veneretur et approbet[f]. *

Hęc autem licet presentium portitor, tuus legatus, ita esse coram nobis negaverit, tamen ex fraternitate tua scire firmius cupientes volumus, ut per hunc eundem Iohannem presbyterum et de istis rebus quid sentias et de cęteris sicubi hesitas ad nos procures cum sigillo tuo rescribere ac deinceps dilectionis[g] tuę litteras ad apostolicam sedem frequenter dirigere. Volumus etiam caritatem tuam litteris suis significare, utrum vestra recipiat, quod ęcclesia universalis amplectitur, fidem scilicet IIII conciliorum, quę a sanctis patribus comprobata a Romanis pontificibus Silvestro[h] Leone aliisque apostolica sunt auctoritate firmata. Inter quos nichilominus beatissimus Gregorius papa doctor egregius maioribus ęcclesiis Alexandrinę Antiochenę aliisque in epistola sua[3] *f. 192r.* sese eam tenere | his[i] verbis testatus est: Quia corde creditur *cf. Rom. 10, 10.*

---

*—* *Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jh.*

b) *Am Rand:* Armeni aquam vino in sacrificio non miscent, *von Hand des 15. Jh.* c) c *in Korrektur R.* d) *Am Rand:* Sanctum crisma ex butiro confficiunt, *von derselben Hand.* e) *So R.* f) *Am Rand:* Dapnatum hereticum venerantur, *von derselben Hand.* g) o *in Korrektur R.* h) Silve | stro *korr. aus* Silvrō | *R.* i) *Das Folgende bis zum Schluß des Briefes ist nachträglich eingetragen worden, vgl. N. A. 38, 154.*

1) *Vgl. lib. II n. 31 S. 167 A. 3.* 2) *451, vgl. die Akten bei Mansi 6, 1094 ff.* 3) *Registr. lib. I n. 24 (M. G. Epp. 1, 36).*

ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, sicut sancti evangelii IIII libros, sic IIII concilia suscipere et venerari me fateor; Nicenum scilicet, in quo perversum Arrii dogma destruitur, Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur, Efesinum[k] etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur, Calcedonense vero, in quo Euthichis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione custodio. Quia in his velut in quadrato lapide sanctę fidei structura consurgit et cuiuslibet vitę atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiamsi lapis esse cernitur, tamen extra ędificium iacet. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epistola, quę Ibae dicitur, erroris plena reprobatur, Theodorus personam mediatoris Dei et hominum in duabus subsistentiis separans ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur, scripta quoque Theoduriti, per quę beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementię prolata refutantur. Cunctas vero quas prędata veneranda concilia personas respuunt respuo, quas venerantur amplector, quia, dum universali sunt consensu constituta, se et non illa destruit, quisquis presumit aut solvere quos religant, aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.

His itaque sanctissimi viri precipuique doctoris verbis diligenter declaratis prudentiam tuam caritatis affectu commonendam censuimus, ut clausulam, quam in illa laude[1] subiungitis: 'Sanctus Deus, sanctus[1] fortis, sanctus immortalis', istam videlicet: 'Qui crucifixus es pro nobis'[2], quoniam nulla orientalium preter vestram sed nec sancta Romana habet ęcclesia, vos totius scandali occasionem pravique intellectus suspitionem vitantes superaddere de cętero omittatis.
*cf. Act. 9, 15.* Si enim vas electionis | beatissimus Paulus de sumendis cibis *f. 193.*
melius sibi esse non manducare neque bibere, quam ut frater
*cf. 1. Cor. 8, 13.* scandalizaretur[m] asseruit, considerar edebetis, quam grave et periculosum sit, ubi saniori intellectu vitari potest, fratribus de fide scandalum generare. Quapropter fraternitas tua ęcclesię, cuius sibi cura commissa est, tenendum putet et credat sufficere, quod catholica in orbem terrarum diffusa ęcclesia Spiritu sancto illustrante edocta sentire cognoscitur et tenere declaratur.

---

k) *Hinter* i *ein* e *getilgt R;* Efesenum *Greg.* 1) scs *korr. aus* scis *R.* m) -ar- *über der Zeile hinzugefügt vom Registrator R.*

1) *Im orientalischen Trishagion, das in Rom nur in der Adoratio crucis der Karfreitagsliturgie gesungen wird.* 2) *Ein durch Petrus Fullo von Antiochien (c. 470) und die sogenannten Theopaschiten eingefügter monophysitischer Zusatz, den das Quinisextum 692 c. 81 (Mansi 11, 978) ausdrücklich verworfen, die monophysitische Kirche aber festgehalten hatte.*

De reliquo quia cognovimus ęcclesiam vestram azima sacrificare[n] et ob hoc a Grecis dumtaxat imperitis quasi de heresi reprehendi, nolumus vos de temeraria garrullitate illorum multum mirari, sed nec ab instituto desistere, scientes eorum procacitatem non modo vobis hanc velut calumniam obicere, verum etiam simili de causa, graviori vero iniuria hucusque contra sanctam R. ęcclesiam insurgere, quę per beatum Petrum quasi quodam privilegio ab ipsis fidei primordiis a sanctis patribus omnium mater ęcclesiarum astruitur et ita usque in finem semper habebitur. In qua nullus * aliquando hęreticus prefuisse dinoscitur[1] nec umquam preficiendum presertim Domino promittente confidimus; ait enim dominus Iesus: 'Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat *Luc. 22, 32.* fides tua'. Et illi quidem suum fermentatum commendantes * reprehensionis in nos levissima verba contumaciter iaculari non desinunt. Nos vero azimum nostrum inexpugnabili secundum Deum ratione defendentes ipsorum fermentatum nec vituperamus nec reprobamus sequentes apostolum dicentem mundis[o] esse omnia munda. Sed ad detegendam[p] ac *Tit. 1, 15.* contempnendam Grecorum temeritatem nunc ista sufficiant.

Dilectioni vero tuę iterum inculcando mandamus, ut de suprascriptis et de aliis, quę ad fidem pertinere cernuntur, qualiter teneas, per memoratum presbyterum aut per alium idoneum nuntium tuas ad nos litteras mittere studeas. In- *f. 193'.* super etiam, licet sollertiam | tuam bene doctam credamus, ex debito tamen eam caritatis affectu paucis monemus, quatinus districti examinis diem semper prę oculis habens commissae sibi sollicitudinis sarcinam cogitet et, quanto illum sine dilatione celeriter approximare considerat, tanto de reddenda pecunię ratione propensius[q] vigilare non negligat, quo severus foenerator idemque rigidus arbiter non de male in- *cf. Matth. 25, 14 ff.* fosso talento quid deputet poenis inveniat, sed de multiplicato lucro arridens vos ad fructum beate retributionis percipiendum invitet.

OMNIPOTENS DEUS, CUIUS EST quicquid recte sapimus sentimus et credimus, ipse mentem tuę fraternitatis uberius illuminando per sani intellectus tramitem dirigat et te in concordi fidelium unitate conservans ita gubernet atque custodiat,

---

*—* *Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jh.*

n) *Am Rand:* Armeni azima sacrifficant *von Hand des 15. Jh.* o) *Korr. aus* mundus *R.* p) *Jaffé korr. ohne Grund* detergendam. q) *Das zweite* p *in Korrektur R.*

1) *Vgl. lib. II, 55a n. 22.*

ut et subiectos tibi populos efficaciter de divina scientia possis instruere et cum ipsis sempiternam gloriam ingredi, pro eis vero valeas prȩmia summa percipere[1]. [D]ATUM[r] VIII. IDUS IUNII[s].

## VIII, 1a.

f. 194.

*Lehnseid Robert Guiscards vor Gregor VII.*
*Ceprano, 1080 Juni 29.*

*R f. 194:* <liber VIII> *(ohne Nummer).*

*Archivüberlieferung: Deusdedit, Coll. can. lib. III c. 286 (158) (ed. Martinucci p. 341; Wolf v. Glanvell p. 395), Albinus lib. X, 41 (ed. Fabre-Duchesne, Lib. cens. 2, 93), Cencius, Lib. censuum n. 144 (ed. Fabre-Duchesne l. c. 1, 422) aus gemeinsamer archivalischer Quelle.*

*Vorlage: Eid Roberts vor Nicolaus II., Melfi 1059, bei Deusdedit l. c., Albinus l. c., Cencius l. c. unmittelbar vorhergehend.*

*Editio Romana (1591) 3, 824. Mansi, Conc. coll. 20, 313. Migne, Patr. lat. 148, 574. Jaffé, Bibl. 2, 427. — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 303 ff.; Chalandon, Hist. des Normands 1, 257.*

* || Ego R. Dei gratia et sancti P. Apulię et Calabrię et Scicilię dux ab hac hora[a] et deinceps ero fidelis sanctę R. ęcclesię et apostolice sedi et tibi domino meo GREGORIO universali papę[2]. In consilio vel facto, unde vitam aut membrum perdas vel captus sis mala captione, non ero. Consilium, quod mihi credideris et contradixeris, ne illud manifestem, non manifestabo ad tuum dampnum me sciente. Sanctę R. ęcclesię tibique adiutor ero

---

* *Am Rand:* Iuramentum Roberti ducis, *von Hand des Revisors (12. Jh.), vgl. N. A. 38, 167.*

r) *Initiale fehlt R.* s) *Der Rest von f. 193' (12 Zeilen) ist freigeblieben, da der für Nachtragung von VIII, 1 zweite Hälfte freigelassene Raum (f. 192'. 193. 193') zu reichlich bemessen war, vgl. N. A. 38, 154 f.*

**1a.** a) h *über der Zeile hinzugefügt R.*

*Archivüberlieferung: Lemma:* aliud iuramentum eorumdem *A;* aliud iuramentum eiusdem super conservandis et defendendis regalibus sancti Petri contra omnes homines excepta quadam parte, de qua diffinitio non est facta *C.* — 18 R] Robertus *CD;* Robbertus *A* P.] Petri *C* Apulię et Calabrię] Apulie Calabrie *A, C* 19 Scicilię] Sicilię 21 In consilio *bis S. 515* 2 possessiones] et cetera ut supra usque

1) *Der* Omnipotens Deus*-Schlußwunsch gleich zahlreichen ähnlichen vermutlich von Gregor selbst stilisiert, vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 122.* 2) *Zum Formular (vgl. auch lib. I, 21a) s. Eichmann, Die römischen Eide d. deutschen Könige, in Zeitschr. d. Savigny-Stift., Kan. Abt. 6, 162.*

ad tenendum adquirendum et defendendum Regalia sancti Petri eiusque possessiones pro meo posse contra omnes homines, excepta parte Firmanę marchię et Salerno atque Amalfi, unde adhuc facta non est definitio. Et adiuvabo te, ut secure et honorifice teneas papatum Romanum. Terram sancti Petri, quam nunc tenes vel habiturus es, postquam scivero tuę esse potestatis[1], nec invadere nec adquirere quęram nec etiam depredari presumam absque tua tuorumque successorum, qui ad honorem sancti Petri ordinati fuerint, certa licentia, preter illam, quam tu michi concedes vel tui concessuri sunt successores. Pensionem de terra sancti P., quam ego teneo aut tenebo, sicut statutum est, recta fide studebo, ut illam annualiter sancta R. habeat ęcclesia. Omnes quoque ęcclesias, quę in mea persistunt dominatione, cum earum possessionibus dimittam in tua potestate et defensor ero illarum ad fidelitatem sanctę R. ęcclesię. Et si tu vel tui successores ante me ex hac vita migraveritis, secundum quod monitus fuero a melioribus cardinalibus clericis Romanis et laicis, adiuvabo, ut papa eligatur et ordinetur ad honorem sancti P. Haec omnia suprascripta observabo sancte Romane ęcclesię et tibi cum recta fide et hanc fidelitatem observabo tuis successoribus ad honorem sancti P. ordinatis, qui michi, si mea culpa non remanserit, firmaverint investituram a te mihi concessam. ACTUM CIPERANI III. KALENDAS IULII.

## VIII, 1b.

*Investitur Robert Guiscards durch Gregor VII.*
*Ceprano, 1080 Juni 6.*

*R f. 194:* <liber VIII> *(ohne Nummer) = Kopie des 17. Jh. in Cod. Vat. lat. 8439 f. 26 (vgl. Kehr, Nachr. d. Gött. Gesellsch. d. Wiss. 1903 S. 27), vermutlich aus der Registerüberlieferung stammend.*

*Archivüberlieferung: Deusdedit, Coll. can. lib. III c. 287 (158) (ed. Martinucci p. 341; Wolf v. Glanvell p. 395), Albinus lib. X, 41 (ed. Duchesne, Lib. censuum 2, 93), aus gemeinsamer archivalischer Quelle (bei Cencius fehlt dies Stück durch Verstümmelung der Hs., s. unten Z. 37).*

*Editio Romana (1591) 3, 825. Mansi, Conc. coll. 20, 314. Migne, Patr. lat. 148, 575. Jaffé, Bibl. 2, 428 n. 1b. — Jaffé, Reg. 5176 (3898).*

---

*Archivüberlieferung:* 2 omnes homines] homines omnes *C* 3 Amalfi] Amalfia *A* 4 facta—definitio] diffinitio facta non est adiuvabo] ad | . . . *hier bricht mit dem Blatt der Text in C ab* secure et honorifice] honorifice et secure 5 Et terram *bis* 19/20 fidelitatem observabo] et cętera ut supra usque ad: hanc fidelitatem servabo 20 P.] Petri *A* 21/22 a te] ante *D* 22 concessam] factam. Sic me Deus adiuvet et hec sancta evangelia Actum — iulii] *fehlt A;* ut supra *D*

1) *Vgl. über diesen Zusatz Schneider, Gregor VII. und das Kirchengut, Diss. Greifswald 1919 S. 176.*

**< Investitura domni Gregorii pape, qua Robertum ducem investivit >[a]**

EGO GREGORIUS PAPA investio te, Roberte dux, de terra, quam tibi concesserunt antecessores mei sanctę memorie Nicolaus et Alexander. De illa autem terra, quam iniuste tenes, sicut est Salernus et Amalfia | et pars marchię *f. 194'.* Firmane, nunc te patienter sustineo in confidentia Dei omnipotentis et tuę bonitatis, ut tu postea exinde ad honorem Dei et sancti Petri ita te habeas, sicut et te agere et me suscipere decet sine periculo animę tuę et meę. ACTUM UT SUPRA.

## VIII, 1c.

*Lehnszinsverpflichtung Robert Guiscards gegenüber Gregor VII. (Ceprano, 1080 Juni 29.)*

*R f. 194': <* liber VIII *> (ohne Nummer).*

*Vorlage: Lehnszinsverpflichtung Roberts gegenüber Nicolaus II. 1059*[1]*, Deusdedit, Coll. can. lib. III c. 284 (156) (ed. Martinucci p. 339; Wolf v. Glanvell p. 393), Albinus, lib. X n. 39, Cencius, Lib. censuum n. 162 (ed. Fabre-Duchesne 1, 421).*

*Editio Romana (1591) 3, 825. Mansi, Conc. coll. 20, 314. Migne, Patr. lat. 148, 575. Jaffé, Bibl. 2, 428 n. 1c.*

**< Constitutio reddendi census in die resurrectionis[a] Domini, duorum[b] videlicet[c] denariorum Papiensis monete, de tota Apulia Calabria et Sicilia >[d]**

Ego Robertus Dei gratia et sancti PETRI Apulię et Calabrię et Sicilię dux ad confirmationem traditionis et ad recognitionem fidelitatis de omni terra, quam ego teneo proprię sub dominio meo et quam adhuc nulli ultramontanorum ita concessi, ut teneat, promitto me annualiter pro unoquoque iugo boum pensionem, duodecim

---

**1b.** [a]) *Vom Rubrikator gesetzte Überschrift R; fehlt in T.*

**1c.** [a]) resusurrectionis *R.* [b]) *So fälschlich der Rubrikator, vgl. Z. 29.* [c]) *Davor scheint* XII *getilgt R, vgl. N. b.* [d]) *Vom Rubrikator gesetzte Überschrift R; fehlt in T.*

*Archivüberlieferung:* 4/5 sanctę memorie] *fehlt* 5 autem] vero 6 Amalfia] Malfia *D*, Amalfia *A* 7 in *bis* 8 bonitatis] in Dei et tua confidentia 9 et te] te 10 Actum ut supra] *fehlt*

1) *Vgl. dazu auch im Zinsverzeichnis des Liber censuum (l. c. 1, 15):* Sycilia. Tempore quo Robertus Viscardus Ultramontanus cepit regnum Sicilie iuravit dare tactis sacrosanctis evangeliis pro se et suis heredibus domino Nicolao pape et suis successoribus pro unoquoque iugo boum XII denarios papiensis monete.

scilicet denarios Papiensis monetę[1], persoluturum beato PETRO et tibi domino meo GREGORIO PAPAE et omnibus successoribus tuis aut tuis aut successorum tuorum nuntiis. Huius autem pensionarię redditionis erit semper terminus finito quoque anno sanctę resurrectionis dies dominicus. Sub hac vero condicione huius persolvende pensionis obligo[d] me et meos[e] sive heredes sive successores tibi domino meo GREGORIO PAPAE et successoribus tuis.

## VIII, 2.

*Gregor VII. führt gegenüber Abt Hugo von Cluny Klage über den Mönch Robert von Cluny und seine simonistischen Umtriebe in Spanien unter Begünstignug durch den König (Alfons VI. von Leon und Kastilien).*

*Ceprano, 1080 Juni 27.*

*R f. 194′:* <liber VIII> <n. 2>.

*Editio Romana (1591) 3, 826 n. 2. Mansi, Conc. coll. 20, 315 n. 2. Migne, Patr. lat. 148, 575 n. 2. Jaffé, Bibl. 2, 428 n. 2. — Jaffé, Reg. 5173 (3897).*

<**Cluniacensi abbati**>

|| GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Ugoni venerabili Cluniacensi abbati salutem et apostolicam benedictionem.

Quanta impietas a monasterio vestro per Roberti monachi vestri presumptionem exierit, ex litteris Richardi legati nostri, abbatis videlicet Massiliensis[2], poteris cognoscere. Qui nimirum Robertus Symonis magi imitator factus, quanta potuit malignitatis astutia, adversus beati P. auctoritatem non timuit insurgere et centum milia hominum, qui laboris nostri diligentia ad viam veritatis redire ceperant, per suggestionem suam in pristinum errorem reducere[3]. Cuius iniquitati non solum te consensisse non credimus, verum etiam pro immanitate sceleris nobiscum tristari et ad exercendam debitam ultionem animum habere intelligimus, presertim cum fidei nostrę antiquum prebeas experimentum de honore sanctę R. ęcclesię idem nobiscum sentire et ad executionem iustitię,

---

d) *Das zweite* o *korr. aus* a *R.* e) meo *R.*

1) *D. h. der denarii veteres ottonischer Zeit (= 1, 150 gr. Silber), vgl. Fabre-Duchesne l. c. 1, 43 N. 1.* 2) *Vgl. lib. VII n. 7, 8.* 3) *Worum es sich handelt, ist nicht völlig klar, doch hängt es vielleicht mit dem Kampf um die Einführung der römischen Liturgie in Spanien (vgl. lib. I, 63, 64, VII, 6) zusammen, vgl. Mabillon, Ann. ord. s. Benedicti 5, 145, während Messing, Diss. Greifswald 1907 S. 62 im Anschluß an Gfrörer, Gregor VII. Bd. 4, 475 ff. allgemein an Bekämpfung von Ketzereien denkt.*

cf. Matth. 24, 12. quę frigescente caritate iam pene terris excessit, | libertatem[a] rectitudinis reservasse. Ab hac utique animi concepta certitudine nullus rumor, nulla suggestio poterit nos divellere. Sed neque illi, qui de multis adversum vos negotiis murmurant, ante tempus fraternę collocutionis ad suspicandum aliud poterunt nobis scandalum generare. Nam ut de aliis taceamus, pęne omnes qui nobiscum sunt fratres, nisi freno rationis nostrę retinerentur, amorem ab eis loco vestro exhibitum in gravem inimicitiam convertissent. Quapropter salutem vestram sicut nostram diligentes monemus, ut subditos vestros corrigentes huiusmodi murmurationis occasionem religionem vestram diligentibus nobis non prębeatis. Specialiter autem admonemus, ut R.[1] illum, qui supradicte iniquitatis auctor extitit, qui diabolica suggestione Hispaniensi ęcclesię tantum periculum invexit, ab introitu ęcclesię et ab omni ministerio rerum vestrarum separetis, donec ad vos redeat et temeritatis suę dignam ultionem suscipiat. Regem[2] quoque illius fraude deceptum diligenter litteris tuis intelligere facias beati P. iram et indignationem atque, si non resipuerit, gravissimam adversum se et regnum suum ultionem provocasse, quod legatum R. ęcclesię indecenter tractavit et falsitati potius quam veritati credidit, de quibus digne Deo et beato P. satisfacturus, sicut legatum nostrum dehonestavit, ita se sibi per debitam humilitatem et condignam reverentiam commendabilem faciat ac devotum. Significare etiam te sibi dignum ducimus nos eum, si culpam suam non correxerit, esse excommunicaturos[b] et, quotquot sunt in partibus Hispanię fideles sancti P., ad confusionem suam sollicitaturos. Qui si minus preceptioni nostrę obedirent, non gravem existimaremus laborem nos ad Hispaniam proficisci et adversum eum, quemadmodum christianę religionis inimicum, dura et aspera moliri. Tui etiam studii sit, ut monachi in eisdem partibus iniuste dispersi ad proprium redeant monasterium et nulla ibidem ordinatio vires obtineat, nisi quę legati nostri fuerit auctoritate probata. Volumus etiam, ut alteram epistolam nostram[3] regi predicto deferri precipias. Datum Ciperani V. Kalendas Iulii, Indictione III. | *f. 195'.*

*f. 195.* *cf. I, 18. 29, II, 40.*

---

**2.** [a]) ubertatem *korr. Jaffé.* [b]) *Das zweite* u *korr. aus* o *R.*

1) *Er gehörte zu den Mönchen von Cluny, die Abt Hugo auf Bitten König Alfons' VI. von Leon nach Spanien gesandt hatte, vgl. Alfons' Brief bei Mabillon, Ann. ord. s. Benedicti 5, 29.* 2) *Alfons VI. von Leon und Kastilien, vgl. n. 3.* 3) *Vgl. n. 3.*

## VIII, 3.

*Gregor macht König Alfons (VI. von Leon und Kastilien) Vorwürfe wegen der Umtriebe des Mönchs* **Robert** *von Cluny und wegen der Verbindung mit einer Verwandten seiner Gemahlin.* *(Ceprano, 1080 Juni 27.)*

*R f. 195′:* <liber VIII> <n. 3>.

*Editio Romana (1591) 3, 827 n. 3. Mansi, Conc. coll. 20, 316 n. 3. Migne, Patr. lat. 148, 577 n. 3. Jaffé, Bibl. 2, 430 n. 3. — Jaffé, Reg. 5174 (3899).*

<Regi Adefonso>

(★) GREGORIUS episcopus servus servorum Dei dilectissimo in Christo filio regi Adefonso[a] salutem et apostolicam benedictionem, si obedierit.

Dici non potest, fili carissime, quantum nos referente filio nostro apostolice sedis legato Richardo nobis cognita preclara tua obedientia lętificaverat. Tu enim coram Deo[b] semper in visceribus nostris eras, tu apud homines maximum *cf. Phil. 1, 8.* nobis exemplum egregię virtutis eras, de[c] te apud alios reges gloriabamur[c], te vere christianum regem et ideo vere regem nos habere in parte domini Iesu contra membra diaboli gaudebamus. Unde et bona tua flagrantia[d] multas iam regiones asperserat et velut sol quidam in occiduis natus orientem versus cęlestis luminis radios emittebas.

At nunc comperto, quod diabolus tuę saluti et omnium qui per te salvandi erant more suo invidens per membrum suum, quendam Rodbertum pseudomonachum[1], et per antiquam adiutricem suam, perditam feminam, viriles animos tuos a recto itinere deturbavit, quantum de te primo fueramus gavisi, tantum nunc confundimur erubescimus et[e] contristamur. Quapropter ut cognoscas, quantum circa te pie solliciti sumus, per bonitatem et gloriam Christi te paterna voce monemus et contestamur, remove a te quamtotius[f] consiliarios falsitatis; ‘corrumpunt quippe mores bonos colloquia *cf. 1. Cor. 15, 33.* mala’. Acquiesce autem per omnia legato nostro fratri Richardo, quem nisi prudentem ac religiosum cognovissem, nostras ei vices nullatenus commisissem. Non te a salutaribus monitis atque institutis nostris inceste mulieris amor

---

**3.** a) -defonso *über der Zeile nachgetragen (vgl. Peitz S. 325 A. 1).* b) *Korr. aus* Domino *R.* c—c) *Auf Rasur R.* d) *So R. T; Mansi und Jaffé korr. fälschlich* fragrantia. e) *Über der Zeile nachgetragen R.* f) u *über der Zeile nachgetragen R.*

1) *Vgl. n. 2.*

*cf. Eccli. 19, 2.* abripiat, quia mulieres apostatare faciunt sapientes. Ipsum
*cf. 3. Reg. 11.* quippe regem sapientissimum Salomonem incestus mulierum turpiter amor deiecit et florentissimum regnum Israel Dei iudicio pęne totum de manu posteritatis eius abrupit. Proinde per dominum nostrum Iesum Christum et per potentiam adventus eius necnon et ex auctoritate beatissimorum apostolorum Petri et Pauli iterum monemus atque precipimus, ne te ipsum despicias, ne in gloria tua maculam ponas, ne posteritatem carnis tuę inutilem et reprobam facias. Vires resume, illicitum conubium, quod cum uxoris tuę[1] consanguinea inisti, penitus respue, de tua emendatione nos et totam ęcclesiam Dei cito lętificia, ne, si inobediens quod avertat[f] | Deus esse malueris, iram Dei omnipotentis incurras *f. 196.* et nos, quod valde inviti dolentesque dicimus, beati Petri gladium super[b] te evaginare cogamur. Prędictum sane nefandissimum Rodbertum monachum, seductorem tui et perturbatorem regni, ab introitu ęcclesię separatum intra claustra monasterii Cluniacensis in penitentiam retrudi decernimus. Sed abbas Cluniacensis[2] nos imitando idem faciet; eadem enim via eodem sensu eodem spiritu ambulamus.

Deus autem omnipotens nos de tua correctione cito exilarare dignetur, karissime fili.

## VIII, 4.

*Gregor VII. erwidert dem (Legaten) Richard auf einen Brief mit dem Hinweis auf seine Weisung an Abt Hugo von Cluny (n. 2). (Ceprano, 1080 Juni 27.)*

*R f. 196:* <liber VIII> <n. 4>.

*Editio Romana (1591) 3, 828 n. 4. Mansi, Conc. coll. 20, 317 n. 4. Migne, Patr. lat. 148, 578 n. 4. Jaffé, Bibl. 2, 432 n. 4. — Jaffé, Reg. 5175 (3900).*

**<Riccardo karissimo filio>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Richardo[3] karissimo filio salutem et apostolicam benedictionem.

Quia missis litteris significasti nobis antiquum hostem opus tuum ad utilitatem christianam ex parte[a] directum per membra sua non preter solitum impedisse ac per hoc fra-

---

f) *Korr. aus* avertitis *R.* b) *Nach* u *ein Buchstabe radiert R.*

4. a) *Jaffé ergänzt* nostra.

1) *Agnes, Tochter Wilhelms VIII. von Aquitanien.* 2) *Hugo.* 3) *Legat und Abt von Marseille, vgl. n. 2.*

ternitatem tuam tristitiam nimiam incurrisse, nos quoque tibi merito compatientes eodem tecum afficimur merore. Sed cum memorie reducitur, quanta et qualia apostoli, successores etiam eorum, in edificatione fundamenti ęcclesię partim a paganis partim a falsis christianis sint passi, de misericordia Domini confisi resumimus vires victorię triumphum plenissima fiducia de eodem hoste procul dubio ut nostri priores expectantes. Patientia atque perseverantia in presentiarum religioni tuę omnino sunt necessaria scienti dictum ab apostolo *2. Tim. 2, 5.* non coronari nisi qui legitime certaverit. Debita premissa ortatione nos tamen studio tuo in nullo deerimus Cluniaeensi abbati mittendo quęrele tuę litteras una cum nostris[1], quatenus Rodbertum pseudomonachum quam citius ad monasterium redire compellat, eundem ab ingressu ęcclesię coerceat et tam gravis penitentię squalore diutino afficiat, quod in pravo contra te immo contra Deum commisit[b] opere mulctationem[c] sentiat penitentię[2].

## VIII, 5.

*Manifest an die Bischöfe Süditaliens gegen die Feindseligkeiten Heinrichs IV., insbesondere die Erhebung Wiberts zum Gegenpapst.* *Ceccano, 1080 Juli 21.*

*R f. 196:* <liber VIII> <n. 5>.

*Editio Romana (1591) 3, 829 n. 5. Mansi, Conc. coll. 20, 317 n. 5. Migne, Patr. lat. 148, 578 n. 5. Jaffé, Bibl. 2, 432 n. 5. — Jaffé, Reg. 5177 (3901). — Vgl. Meyer v. Knonau Jahrb. 3, 311.*

**<Dilectis fratribus et coepiscopis per Principatus et Apuliam et Calabriam constitutis>**

(★) || GREGORIUS episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo fratribus et coepiscopis per Principatus et Apuliam et Calabriam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitatem vestram credimus non latere, quod plures satanę discipuli, qui falso nomine per diversas regiones

---

b) *So R. T; Edd. korr.* commisso c) mulcta | *korr. aus* in ul | *R.*

1) *Vgl. n. 2.* 2) *Bis hierher gehören die Briefe des VIII. Buchs noch dem 6. Pontifikatsjahr an, hätten also eigentlich noch dem VII. Buch des Registers zugewiesen werden müssen, vgl. Peitz S. 72 und die gleiche Erscheinung zu Beginn des sogenannten IX. Buchs. Der Fehler wird dadurch verursacht worden sein, daß die Registrierung der Stücke erst im 7. Pontifikatsjahr erfolgte.*

censentur episcopi, diabolica inflammati superbia sanctam | *f. 196'.*
R. ecclesiam conati sunt confundere, sed per auxilium omnipotentis Dei et auctoritatem beati P. iniqua eorum presumptio sicut eis verecundiam et confusionem, ita apostolice sedi gloriam contulit et exaltationem. Siquidem a minimo usque ad maximum, videlicet H. regem, qui vertex et auctor pestiferi consilii fuisse probatur, per plurima corporum et animarum pericula persensit, quantas beati P. auctoritas ad ulciscendam eorum iniquitatem vires obtineat. Scitis enim, quia tempore domini nostri pape A. quid idem H. iniurię ęcclesię beati P. per Cadulum [1] inferre excogitaverit et in quantam quamque turpissimam mundo teste confusionis fo-
*cf. Ps. 7, 16.* veam cum eodem Cadulo cadere meruit [a] et quanto honore quantisque triumphis in exercitatione illius certaminis R. P. nostra profecerit [2]. Scitis etiam, quam detestandis conspirationibus ante annos tres [3] prędcipue Longobardorum episcopi se adversum nos eodem H. principante armaverunt et quod per defensionem beati P. illesi et incolumes non sine magna nostra nostrorumque fidelium honoris exaltatione remansimus. Illis vero priorem arbitrantibus non sufficere sibi confusionem a planta pedis usque ad verticem apostolice ultionis quantum feruerit gladius, adhuc plaga incurabilis prestat indicium.

Sed in his omnibus obduratas meretricum more frontes
*cf. Rom. 2, 5.* gerentes et impudentia sua iram sibi iusti iudicii thesaurizantes, qui respectu contumelię suę ad sensum redire debu-
*Is. 14, 13. 14.* erant, patrem suum secuti, qui dixit: 'Ponam sedem meam *cf. I, 31.* ab aquilone et ero similis Altissimo', pristinam conspirationem adversus Dominum et sanctam universalem ęcclesiam conati sunt innovare et hominem sacrilegum et sanctę Romanę ęcclesię periurum necnon per universum R. orbem nefandissimis sceleribus denotatum, W. dicimus sanctę Ravennatis ęcclesię devastatorem, antichristum sibi et heresiarcham constituere [4]. In quo nimirum sathanę conventu illi interfuere, quorum est vita detestabilis et ordinatio heretica immensitate | [b] multimodi criminis. Siquidem ad hanc insaniam illa *f. 197* demum eos desperatio traxit, quod neque precibus neque

---

**5.** a) *So R. T; Jaffé korr.* meruerit b) *Die ganze folgende Seite steht bis* imperatorem Constan- *auf Rasur, jedoch des gleichen, zuerst geräumiger geschriebenen Textes, vgl. Peitz S. 325 A. 3.*

1) *Der Gegenpapst der Jahre 1061—64. Zu diesem Vorwurf gegen den damals 11jährigen König vgl. Martens Gregor VII. Bd. 2, 209.* 2) *Auf der Synode von Mantua 1064, doch vgl. zu dieser Beleuchtung der Dinge durch Gregor Martens l. c. 1, 35 A. 1.* 3) *D. h. vor Canossa.* 4) *25. Juni 1080 auf der Synode von Brixen.*

servitiorum aut munerum promissionibus scelerum suorum veniam apud nos valuerint impetrare, nisi forte vellent iudicio ęcclesiastico nostręque censure se mediante misericordia, sicut decet officium nostrum, summittere.

Hos itaque nullis rationibus fultos immo omnium criminum conscientia perditissimos tanto magis vilipendimus, *cf. VIII, 7.* quanto ipsi se altiora conscendisse confidunt. Per misericordiam quippe Dei et orationem beati P., quę Symonem magum eorum utique magistrum ad altiora tendentem mirabiliter deiecit, speramus ruinam eorum non diu remoraturam et quietem sanctę ęcclesię victis et confusis hostibus suis more solito gloriosissime dilatandam. Vos itaque, dilectissimi fratres, innocentiam communis matris vestrę sanctę R. ęcclesię perpendentes et, quantum diabolus membra sua ad inferendam prefate R. ęcclesię inquietudinem exerceat, considerantes, sicut decet et officii vestri debitum exigit, orationibus aliisque modis, quibus laboranti matri succurrendum est, operam studiumque impendite, quatinus appareat vos legitimos eius filios esse ipsiusque contumeliam partita nobiscum laboris diligentia ex corde sentire. Quodsi fueritis socii *cf. 2. Cor. 1, 7.* compassionis, eritis auxiliante Deo lętitię participes et consolationis. Cętera, quę non inseruimus, legatis nostris, quibus sicut nobis credere potestis, referenda commisimus. Datum Cicani XII. Kalendas Augusti [1].

## VIII, 6.

*Aufruf an die Bischöfe Süditaliens zur Unterstützung des vertriebenen byzantinischen Kaisers Michael (VII.), des Schützlings Robert Guiscards. 1080 Juli 25.*

*R f. 197:* <liber VIII> <n. 6>.

*Editio Romana (1591) 3, 830 n. 6. Mansi, Conc. coll. 20, 319 n. 6. Migne, Patr. lat. 148, 580 n. 6. Jaffé, Bibl. 2, 435 n. 6. — Jaffé, Reg. 5178 (3902). — Vgl. Meyer v. Knonau Jahrb. 3, 309.*

**<Fratribus et coepiscopis in Apulia et Calabria commorantibus>**

GREGORIUS[a] episcopus servus servorum Dei fratribus et coepiscopis in Apulia et Calabria commorantibus salutem et apostolicam benedictionem.

---

6. a) GRGORIUS *R.*

1) *Eine Inhaltsangabe dieses Briefes in Lib. pontif. Vita Gregorii VII (ed. Duchesne 2, 289).*

Notum esse prudentię vestrę non dubitamus gloriosissimum imperatorem Constantinopolitanum, Michahelem [1] videlicet, ab imperialis excellentię culmine indigne potius et malitiose quam iuste aut rationabiliter[b] esse deiectum [2]. Qui auxilium beati Petri necnon filii nostri gloriosissimi ducis Roberti [3] flagitaturus, Italiam petiit [4]. Quapropter | nos licet *f. 197'* indigni sedis ipsius curam gerentes compassionis visceribus moti pręcibus illius necnon eiusdem ducis annuendum esse censuimus et a fidelibus beati Petri subveniendum sibi fore putavimus. Igitur quia inter cętera multimoda suffragia istud non minus profuturum memorati principes existimant, scilicet ut milites auxiliatores recta fide non dissimilibus[c] animis ire constanter in adiutorium et defensionem prefati imperatoris debeant, apostolica auctoritate precipimus, quatinus illi, qui militiam ipsius intrare statuerint, in contrariam partem proditoria tergiversatione transire non audeant, verum, quod christiane religionis honor et debitum postulat, ei presidium fideliter impendant. Dilectioni quoque vestrę nichilominus pręcipiendo mandamus, ut eos, qui cum eodem duce et predicto imperatore transfretaturi sunt, diligentissime, ut vestrum officium exigit, moneatis[d] condignam penitentiam agere [5] et rectam fidem, sicut decet christianos, circa illos servare[e], in omnibus actibus suis timorem Dei et amorem pre oculis habere et in bonis operibus perseverare. Sicque illos fulti nostra auctoritate immo beati P. potestate a peccatis absolvite. Data VIII Kalendas Augusti.

## VIII, 7.

*Gregor VII. kündigt allen Getreuen des h. Petrus einen Herbstfeldzug mit den süd- und mittelitalischen Fürsten zur Rückgewinnung von Ravenna an. (1080 Sommer.)* [6]

*R f. 197': <* liber VIII *> <* n. 7 *>.*

*Editio Romana (1591) 3, 831 n. 7. Mansi, Conc. coll. 20, 319 n. 7. Migne, Patr. lat. 148, 581 n. 7. Jaffé, Bibl. 2, 436 n. 7. —*

---

b) *Das zweite* a *in Korrektur R.* c) *Jaffé korr.* dissimulantibus. d) *Davor* co *fortradiert R.* e) *Am Rand* De indulgentiis, *von Hand des 16. Jahrh.*

1) *Vgl. lib. I n. 18.* 2) *1078, vgl. lib. VI n. 5b.* 3) *Guiscard.* 4) *In Wahrheit nicht Michael selbst, sondern ein Betrüger, angeblich ein Mönch Rhaektor.* 5) *Vgl. hierzu Gottlob, Kreuzzugablaß und Almosenablaß (Kirchenrechtl. Abh. hgg. von Stutz 30—31, 1906) S. 52.* 6) *Zur Datierung vgl. Sander, Der Kampf Heinrichs IV. und Gregors VII. (1893) S. 172 ff. gegen Dünzelmann, Forsch. z. d. Gesch. 15, 539, der das Schreiben zu 1081 setzte. Vgl. auch Martens Gregor VII. Bd. 1, 219: (Ende Juli | Anfang August), Delarc S. Grégoire VII Bd. 3, 532 A. 2 (Juli), Meyer v. Knonau l. c. S. 313 N. 138, Hauck, Kirchengesch. 3[3. 4] S. 827 A. 5 (Hochsommer).*

*Jaffé, Reg. 5179 (3903). Kehr, Italia pontificia 5, 55 n. 183. — Vgl. Meyer v. Knonau Jahrb. 3, 312.*

**< Fratribus et coepiscopis christianam religionem defendentibus ceterisque clericalis ac laicalis[a] ordinis sancti Petri fidelibus >**

(★) **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei fratribus et coepiscopis christianam religionem defendentibus cęterisque clericalis ac laicalis ordinis sancti Petri fidelibus salutem et apostolicam benedictionem.

Notum sit dilectioni vestrę nos tam per nos ipsos quam et per legatos nostros cum duce R.[1] et Iordane[2] cęterisque potentioribus Normannorum principibus fuisse loquutos.[3] Qui profecto unanimiter promittunt se, sicut iurati sunt, ad defensionem sanctę Romanę ęcclesię nostrique honoris contra omnes mortales auxilium impensuros. Id ipsum quoque nobis et qui circa Urbem longe lateque sunt et in Tuscia cęterisque regionibus principes firmiter pollicentur. Unde post Kalendas Septembris, postquam tempus frigescere cęperit, cupi-
*f. 198.* entes sanctam Ravennatem ęcclesiam de manibus | impiis eripere et patri suo beato Petro restituere partes illas armata manu, sicut de Domino speramus, petemus ac per ipsius auxilium nos eam liberaturos haud dubie credimus. Quapropter nos audaciam impiorum eorumque, qui in nos immo in beatum Petrum se erexerunt, machinationes pro nichilo ducentes volumus atque hortamur vos superbiam conatusque illorum ęque nobiscum contempnere tanto de ruina eorum certiores, quanto
*cf. VIII, 6.* eos ad altiora niti ascendere cernitis. Talibus namque propheta imprecans ait: 'Superbia eorum, qui te oderunt, ascen- *Ps. 73, 23.*
dat semper', aperte declarans, quia audax impietas eo magis * casui vicinior extat, quo amplius se ascendisse existimat[4]. Vos * ergo, qui Deum timetis et beati Petri fidelitatem tenetis, de misericordia Domini nullatenus hesitantes prorsus sperate et nefandorum perturbationem merita ruina cito sedandam et sanctę ęcclesię pacem et securitatem, sicut de divina clementia confidentes promittimus, proxime stabiliendam.

---

*—* *Am Rand ein Notazeichen des 12. Jahrh. und:* Impios tanto viciniores casui quanto amplius ascendisse se existimant, *von Hand des Revisors (12. Jahrh.), vgl. N. A. 38, 167.*

7. a) *Durch Umstellungszeichen korr. aus* laicalis ac clericalis.

1) *Robert Guiscard.* 2) *Fürst von Capua, vgl. lib. VI n. 37.* 3) *In Ceprano im Juni, vgl. n. 1a—c.* 4) *Vgl. lib. III, 15:* dominium diaboli tanto minus duravisse, quanto magis visum fuit exaltari.

## VIII, 8.

*Gregor VII. beglückwünscht den Erzbischof Alfanus (I.) von Salerno zur Auffindung der Reliquien des h. Apostels Matthaeus. Rom, 1080 September 18.*

*R f. 198:* ⟨liber VIII⟩ ⟨n. 8⟩ = *Cop. 16. Jahrh. Cod. Vat. Barb. H. 22 f. 342 (vgl. Kehr, Nachr. d. Ges. d. Wiss. zu Göttingen phil.-hist. Kl. 1903, S. 135).*

*Editio Romana (1591) 3, 831 n. 8. Mansi, Conc. coll. 20, 320 n. 8. Migne, Patr. lat. 148, 582 n. 8. Jaffé, Bibl. 2, 437 n. 8. — Jaffé, Reg. 5180 (3904).*

⟨ **Fratri et coepiscopo Salernitano** ⟩

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei fratri et coepiscopo Salernitano Alfano[1] salutem et apostolicam benedictionem.

**D**ivinę pietatis respectui gratias ingentes referimus, cuius dignatio thesaurum magnum totique mundo profuturum nostris temporibus misericorditer revelavit. Non immerito tuę quoque dilectioni gratulamur, quę tante lętitię cęlitus revera ostensę participes nos efficere sollicite procuravit. Credimus siquidem et incunctanter asserimus de tanti corporis inventione non solum ipsum beatum Matheum apostolum verum etiam cęteros coapostolos cum sanctis omnibus ipsisque celestibus spiritibus et gloriosa Dei genitrice MARIA mortalibus congaudere atque ipsorum omnium studia circa humanum genus hoc tempore quam aliis multo propensiora multumque esse exuberantiora. Si enim cęteris temporibus sanctorum nos patrocinia pia non deserunt, certissime tunc potissimum speranda sunt eorum auxilia, cum sanctissima ipsorum corpora nobis quasi rediviva divino nutu manifestantur; et sicut per corporei | aspectus intuitum tamquam fides cernitur, spes *f. 198'.* iam[a] tenetur, ita eorum beneficia tunc erga devotos renovari uberiusque redundare credendum est. Unde et iam sancta universalis ęcclesia dudum magnis turbinibus variisque tempestatum procellis impulsa clamorem suum a Domino exauditum non dubitet, sed ad quieti litoris securitatem alacres oculos e vicino intendens beati Mathei apostoli presidium iuxta contempletur, quoniam iam nunc non dubie agit in portu, cui suam presentiam ostendit gubernator antiquus.

---

8. a) *Jaffé korr. ohne Grund* species animi, *vgl. Peitz S. 293.*

1) I., 1058—85.

Quapropter de tanti thesauri revelatione tua fraternitas exultet in Domino et beatissimas reliquias debite venerationis obsequiis dignis amplectens gloriosum ducem R. ipsiusque nobilissimam coniugem[1] hortetur et moneat, quatinus tam insigni patrono, qui se eis demonstrare dignatus est, reverentiam et honorem decenter exhibentes ipsius gratiam et auxilium sibi suisque promereri nisibus summę devotionis contendant[2]. Datum Rome XIIII. Kalendas Octobris.

## VIII, 9.

*Pastoralschreiben an die Getreuen des h. Petrus in Deutschland. (Rom,) 1080 September 22.*

*R f. 198': <liber VIII> <n. 9>.*

*Editio Romana (1591) 3, 832 n. 9. Mansi, Conc. coll. 20, 321 n. 9. Migne, Patr. lat. 148, 582 n. 9. Jaffé, Bibl. 2. 438 n. 9. — Jaffé, Reg. 5181 (3905). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 314.*

**<Omnibus archiepiscopis episcopis diversique ordinis ac potestatis clericis et laicis in Teutonico regno morantibus, illis dumtaxat qui sancte Romane ecclesie fideliter obediunt>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei omnibus archiepiscopis episcopis diversique ordinis ac potestatis clericis et laicis in Teutonico regno morantibus, illis dumtaxat qui sanctę Romane ęcclesię fideliter obędiunt, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam nichil in terra sine causa[a], sicut sapientis verba testantur, quod dudum sancta ęcclesia fluctuum procellarumque mole concutitur quodque tyrannice persecutionis hactenus rabiem patitur, non nisi peccatis nostris exigentibus evenire credendum est, nam iudicia quidem Dei verissime omnia iusta sunt. Sed inter hęc omnia, karissimi, dispositioni divinę patientię virtus habenda est et spei certitudo ad cęlestis misericordię respectum firmiter est extendenda, cuius manus nec ad exaltandam fidelium humilitatem imbecillis nec ad deiciendam hostilis elationis superbiam invenitur invalida. Quodsi culparum morbis penitentię medicamen adhibuerimus et excessus | ac negligentias nostras ipsi districte corrigendo ad iustitię formam mores nostros instituerimus, profecto superna virtute auxiliante et inimicorum rabies cito peribit et diu desideratam pacem atque securitatem ęcclesia sancta

*cf. Job 5, 6.*

*cf. Apoc. 19, 2.*

*f. 199.*

---

9. a) *So R;* fit *scheint ausgefallen.*

1) *Robert Guiscard und Sikelgaita.* 2) *Vgl. Roberts Urkunde für den Dom S. Matteo von Salerno vom 6. Okt. 1080 (Paesano Mem. della chiesa Salernitana I, 136).*

recipiet. Quare vobis specialiter, qui in[b] sacerdotalis regiminis apice presidetis, nunc loquimur, ad quorum sollicitudinem subditorum vita pertinere dinoscitur et quos de commissi gregis cura in venturo examine rationem reddere convenit, ut subiectorum actus et conversationem nulla gratia vel timore prepediente diligenter inspiciatis et discrete correctionis acie, quę amputanda sunt, resecare, secundum quod a matre vestra sancta R. ęcclesia accepistis, non negligatis, illud
*Ps. 4, 6.* propheticum in memoria semper habentes: 'Sacrificate sacrificium iustitię et sperate in Domino.' De cetero dilectionem omnium vestrum monemus atque hortamur, fiduciam vestram
*Eph. 6, 10.* in Domino et in potentia virtutis eius constituite, quoniam fini appropinquavit adversariorum malitia, ita ut, qui desperantes in Dominum et sanctam R. omnium matrem ęcclesiam se extulerunt, temeritatis penas haud multum tardante merita ruina persolvant. Nonnulli tamen, quod de cunctis optaremus, per misericordiam Dei de errore suo et iniquitatis via penitentes ad gremium matris convertentur ęcclesię. Datum X. Kalendas Octobris.

## VIII, 10.

*Gregor VII. belobt den Judex Orzoccor von Cagliari wegen des guten Empfangs eines päpstlichen Legaten, fordert, daß die sardischen Priester nach römischem Brauch sich den Bart scheren sollen und weist auf Ansprüche verschiedener weltlicher Großer auf die Insel, die er, wenn sie treu verbleibe, zurückweisen werde.*

*(Rom,) 1080 Oktober 5.*

*R f. 199:* <liber VIII> <n. 10>.

*Editio Romana (1591) 3, 833 n. 10. Mansi, Conc. coll. 20, 322 n. 10. Migne, Patr. lat. 148, 583 n. 10. Jaffé, Bibl. 2, 439 n. 10. — Jaffé, Reg. 5184 (3906).*

**<Glorioso duci Caralitano>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei glorioso iudici Caralitano Orzocco[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Gratias omnipotenti Deo referimus, quod tua sublimitas beatum Petrum recognoscens debitum honorem et reverentiam legato nostro Populoniensi episcopo W.[2] exibuit; ac proinde ita devotionem tuam in illo suscipimus, quasi nobis
*Matth. 10, 40.* immo beato Petro prestiteris, dicente Domino: 'Qui vos recipit,

---

b) *Es folgt* re- *ausradiert R.*

1) *Vgl. lib. I n. 41.* 2) *Wilhelm, vgl. lib. III n. 13.*

me recipit.' Dilectionem ergo tuam monemus, ut ea, quę a prefato legato nostro atque Azone prudenti viro audivisti, alta memoria semper retineas, si et tui memoriam in nobis
*f. 199'.* ante Deum iugiter inesse desideras. Nos enim memorati | episcopi hortatu et pręcibus, qui se a te reverenter susceptum honorificeque tractatum testatur, apud illum, cuius vice licet indigni fungimur, te[a] in mente specialiter deinceps habere optamus.

Nolumus autem prudentiam tuam moleste accipere, quod archiepiscopum vestrum Iacobum[1] consuetudini sancte R. ęcclesię, matris omnium ęcclesiarum vestręque specialiter, obędire coegimus, scilicet ut, quemadmodum totius occidentalis ęcclesię clerus ab ipsis fidei christianę primordiis barbam radendi morem tenuit, ita et ipse frater noster, vester archiepiscopus, raderet[2]. Unde eminentię quoque tuę precipimus, ut ipsum ceu pastorem et spiritualem patrem suscipiens et auscultans cum consilio eius omnem tuę potestatis clerum barbas radere facias atque compellas; res quoque omnino rennuentium, nisi demum consenserint, publices, id est iuri Caralitane ęcclesię tradas et, ne ulterius inde se intromittant, constringas; necnon ipsum ad honorem ęcclesiarum defendendum promtissime adiuves[b].

Prętерea nolumus scientiam tuam latere nobis[c] terram vestram a multis gentibus esse petitam, maxima servitia, si eam permitteremus invadi, fuisse promissa, ita ut medietatem totius terrę nostro usui vellent relinquere partemque alteram ad fidelitatem nostram sibi habere. Cumque hoc non solum a Normannis et a Tuscis ac Longobardis sed etiam a quibusdam ultramontanis[3] crebro ex nobis esset postulatum, nemini in ea re umquam assensum dare decrevimus, donec ad vos legatum nostrum mittentes animum vestrum deprehenderemus. Igitur quia devotionem beato Petro te habere in legato suo monstrasti, si eam, sicut oportet, servare volueris, non solum per nos nulli terram vestram vi ingrediendi licentia dabitur, sed etiam, si quis atemptaverit, et seculariter et spiritualiter prohibebitur a nobis ac repulsabitur. Auxilium denique beati

---

**10.** a) *Am Rande nachgetragen R.* b) *Korr. aus* intromittant necnon — promtissime constringas, *indem* constringas *am Schluß gestrichen und durch am Rand hinzugefügtes* adiuves *ersetzt, dafür aber hinter* intromittant *am Rand hinzugefügt ist R; vgl. Peitz S. 85.* c) *Jaffé korr.* e nobis *unter Verweis auf Z. 29.*

1) *Vgl. lib. I n. 85 a.* 2) *Vgl. dazu Thalhofer in Arch. f. kath. Kirchenrecht 10 (1863) S. 93 ff.* 3) *Vermutlich Hinweis auf Hz. Gottfried v. Lothringen, vgl. lib. I n. 72 S. 104 A. 2, Dove De Sardinia insula S. 81.*

Petri, si in ipsius fidelitate perseveraveritis, procul dubio, quod non deerit vobis hic et in futurum, promittimus. Datum III. Nonas Octobris. | *f. 200.*

## VIII, 11.

*Gregor VII. bittet den König I(nge) von Schweden um Sendung eines Bischofs oder Klerikers nach Rom zur Förderung der in seinem Lande begonnenen Mission.*
*(Rom,) 1080 Oktober 4.*

*R f. 200:* < liber VIII > < n. 11 >.

*Editio Romana (1591) 3, 834 n. 11. Mansi, Conc. coll. 20, 323 n. 11. Migne, Patr. lat. 148, 585 n. 11. Jaffé, Bibl. 2, 440 n. 11. — Jaffé, Reg. 5185 (3907).*

< **Regi Seutonum** [a] >

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei I. glorioso Suetonum [1] regi salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam regni tui terram quosdam sacri verbi ministros fuisse ingressos audivimus, noverit excellentia tua nos in Domino multum lętari, deinceps quoque de salutis vestrę reparatione plurimum spei indubitanter habere. Gallicana siquidem ęcclesia non vos alienis documentis instruxit, sed, quod de thesauris matris suę sanctę R. ęcclesiæ accepit, salubri vobis eruditione contradidit. Quapropter, ut christianę religionis et doctrinæ gratiam obtineatis uberiorem, volumus celsitudinem tuam aliquem vel episcopum vel idoneum clericum ad apostolicam sedem dirigere, qui et terrę vestrę habitudines gentisque mores nobis suggerere et apostolica mandata de cunctis pleniter instructus ad vos certius queat referre. Interim vero monemus, ut prudentia tua commissum sibi regnum in concordię iustitięque custodia dirigat atque disponat ac ita circa subiectos pacis iura et ęquitatis districtionem servare inter cętera virtutum studia satagat, quatinus per temporalis regiminis sollicitudinem mereatur ęterni securitatem [b] percipere [b] et cum iustis vocem totius iocunditatis
*Matth. 25, 34.* plenam in extremo examine digne possit audire: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.' Datum IIII. Nonas Octobris.

---

**11.** a) *So R; vgl. N. A. 38, 163, N. 6.* b) *Durch Umstellungszeichen korr. aus* percipere securitatem *R.*

1) *Sohn des Stenkil († 1066). Zur Chronologie vgl. Schmeidler, Hamburg-Bremen u. Nordosteuropa (1918) S. 312 ff.*

## VIII, 12.

*Gregor VII. schreibt allen Bischöfen, Klerikern und Laien der Marken Toscana und Fermo und des Exarchats über die Schandtaten Wiberts und fordert eine Neuwahl in Ravenna. (Rom,) 1080 Oktober 15.*

*R f. 200:* <liber VIII> <n. 12>.

*Editio Romana (1591) 3, 835 n. 12. Mansi, Conc. coll. 20, 323 n. 12. Migne, Patr. lat. 148, 585 n. 12. Jaffé, Bibl. 2, 441 n. 12. — Jaffé, Reg. 5186 (3908). Kehr, Italia pontificia 5, 56 u. 184. — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 317.*

**< Omnibus episcopis abbatibus clericis atque laicis in marchia Tuscana, Firmana et in exarchatu Ravennati constitutis qui sancte R. ecclesie sicut christianos oportet obediunt >**

(✶) GREGORIUS episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis abbatibus clericis atque laicis in marchia Tuscana Firmana et in exarchatu Ravennati constitutis, qui sanctę R. ęcclesię sicut christianos oportet obędiunt, salutem et apostolicam benedictionem.

Prudentię vestrę notum esse non dubitamus, quanto religionis cultu sancta Ravennas ęcclesia pollere quantisque rerum necessariarum copiis solita sit preteritis[a] annis affluere, quodque magis illius interest, quam speciali dilectione matri suę sanctę R. ęcclesię ab ipso fidei christianę principio semper adheserit. Cuius antiquum decus in spiritualibus et
*f. 200'.* secularibus profecto cum remini | scimur, non sine gravi merore eam in tanta devastatione laborantem nunc cernimus et, ut apertius intelligatis, certe pervasorem destructoremque ipsius W.[1] dictum archiepiscopum ita religionem eius disperdidisse et bona dilapidasse non minori fere dolore sufferimus, quam si idem sancte R. ęcclesię pro audacia sua fecisset. Verum cum cętera facta illius perpenduntur, hęc non tantopere miranda videntur. Quippe qui periurium de inobędientia et infidelitate committere non timuit quique contra ipsam apostolicam sedem, cui peieraverat, conspirare pro minimo habuit eamque invadere cogitans eodem modo dissipare vehementissime cupiit. Homo superbissimus, nefandorum scelerum sibi conscius, cui mirum[b] debet videri, si adepta potestate, ubi
*cf. I 1—3.* licuit, ita se habuit? Sed illius facinora commemorare super-

---

12. a) p̄tis *R; vgl. VIII, 20 N. b.* b) *Davor* ni- *fortradiert R.*

1) *Wibert.*

sedeo, quę per totum fere Romanum orbem se prodiderunt; pro quibus ipse in sancta synodo Romę cęlebrata omnium episcoporum qui aderant consona sententia iam ex triennio gladio anathematis sine spe recuperationis percussus est[1]; ea non prętierierunt notitiam vestram. Prephatam igitur Ravennatem ęcclesiam de manibus violentis eripere et ad pristinum statum pro officio, quod licet indigni gerimus, reducere cupientes talem personam eligendam atque in ea preficiendam fore censuimus, cuius religio necnon prudentia Deo favente et interius lumen in ea sanctitatis reformare et exteriorum rerum damna norit studeatque reficere. Quam ob rem nos in huius nostrę necessarię dispositionis effectu vestro plurimum egentes auxilio invitamus rogamus atque apostolica auctoritate vobis pręcipimus, ut in restauratione illius antiquitus sanctę ęcclesię omnes unanimiter consensum et pro posse adiutorium tribuentes eam de servili oppressione immo tyrannica servitute eripere et priscę libertati restituere nobiscum procuretis ac in reperiendo idoneam illi regimini personam summopere laborantes invigiletis. Quicumque | enim in *f. 201.* hac re studium devotionis impenderint, non dubię credimus eos et apostolicam gratiam promerituros et apud divinam clementiam patronum sibi beatum Apolinarem, si in bonis perseveraverint, certissime adquisituros. Datum Idus Octobris[2].

## VIII, 13.

*Gregor VII. fordert die Ravennaten zur Neuwahl eines Erzbischofs auf. (Rom,) 1080 Oktober 15.*

*R f. 201:* <liber VIII> <*n. 13*>.

*Editio Romana (1591) 3, 836 n. 13. Mansi, Conc. coll. 20, 324 n. 13. Migne, Patr. lat. 148, 586 n. 13. Jaffé, Bibl. 2, 443 n. 13. — Jaffé, Reg. 5187 (3909). Kehr, Italia pontificia 5, 93 n. 41. — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 317.*

**<Omnibus clericis et laicis Ravenne morantibus qui beatum A. diligunt et sancte R. ecclesie sicut christianos oportet obediunt>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei omnibus clericis et laicis Ravennę morantibus, qui beatum A. diligunt

---

1) *Die unwiderrufliche Absetzung erfolgte erst auf der Novembersynode 1078, vgl. lib. VI n. 10; daß gleichwohl wegen des Wortes* triennium *unser Brief nicht mit Dünzelmann, Forsch. z. d. Gesch. 15, 539 f. zu 1081 zu setzen ist, hat bereits Koehncke, Wibert v. Ravenna S. 42 A. 8 erwiesen, vgl. auch n. 7.* 2) *Dieser Brief wird zitiert in der Vita Gregorii VII. des Lib. pont. (ed. Duchesne 2, 289).*

et sanctę R. ęcclesię sicut christianos oportet obędiunt, salutem et apostolicam benedictionem.

Credimus non latere vestram scientiam Ravennatem ęcclesiam sedi apostolicę prę cęteris vicinius herere solitam fuisse eamque specialiter ab ipsa dilectam, quicquid dignitatis et honoris antiquitus per beatum A. tenuit, munere scilicet prefate sedis concessum habuisse. Postquam vero superbię auctor et discordię seminator diabolus per membra sua eandem ęcclesiam contumacia interveniente a Romana divisit, quę dampna quę detrimenta non modo religionis sed etiam bonorum suorum vestra pertulerit maximeque per tyrannidem W. dicti archiepiscopi quantam in utraque re destructionem perpessa sit, satis vos ipsi novistis. Et huius quidem tanto *cf. VIII, 18.* vesaniorem dilacerationis morsum sustinuit, quanto eum desperantiorem inpurior conscientia retrorsum abire subegit. *cf. Jer. 15, 6.* Denique scelerosus sacrilegus atque periurus, postquam ob[a] huiusmodi nefaria in universali synodo cunctis qui aderant episcopis consentientibus atque laudantibus digna suis moribus dampnationis animadversione multatus est, non confestim resipiscens ad sani cordis consilium rediit, sed patrem suum diabolum imitans sibique iram in dię iræ thesaurizans, quic- *cf. Rom. 2, 5.* quid gravius cogitare, quicquid superbissimum potuit audere, molitus est. Et quia se unam ex nobilissimis ęcclesiam vestram ex maxima parte destruxisse parum existimabat, sanctam R. sedem, sicut omnes aperte norunt, invadere secumque eam in ruinam et precipitium trahere est meditatus. Proinde quoniam nos pro eminentia loci, cui Deo auctore *f. 201r.* quamvis indigni presidemus, cum | sollicitudinem nostram monemur universis extendere, tum circa quodammodo nobis coniunctiores diligentius compellimur invigilare, ęcclesię vestrę devastationem non alienam putantes, sed quasi nostrę, cuius specialis filia est, condolentes cum consilio atque auxilio omnium vestrum, qui Deum timetis, volumus et desideramus ad antiquum specimen et religionis statum, in quantum Domino largiente poterimus, eam reducere. Igitur illo putrido membro gladio excommunicationis exciso atque ita, ut inter sacerdotes etiam in ęternum non debeat conumerari, deposito dilectionem vestram monemus ac pro salute vestra rogamus, ut toto affectu mentisque intentione talem personam una cum confratribus nostris episcopis et archidiacono cęterisque diaconis, quos propterea ad vos nostra vice direximus, studeatis eligere, quę tanto honori, scilicet vestri archiepisco-

---

13. [a]) *Über der Zeile nachgetragen R;* ob *T.*

patus regimini, secundum Deum videatur competere. Non ulterius ęcclesiam vestram ancillari servitute opprimi ab impiis manibus patiamini, sed sicut boni filii eam nobiscum in maternam, hoc est Romanę ęcclesię, libertatem [1] vendicare satagite, quatinus et honorem Dei, dum sponse eius sanctę ęcclesię libertatem diligitis, vos ostendatis amare et ęternę beatitudinis hereditatem quasi liberi filii merito possitis et debeatis sperare. Datum Idus Octobris. *cf. I, 15, 42, IV, 3, VIII, 21.*

## VIII, 14.

*Gregor VII. fordert alle geistlichen und weltlichen Großen der Diözese Ravenna, der Pentapolis, der Mark Fermo und des Herzogtums Spoleto auf, den neuen Erzbischof R(ichard) von Ravenna gegen Wibert zu unterstützen.*

*(Rom,) 1080 Dezember 11.*

*R f. 201′:* <liber VIII> <n. 14>.

*Editio Romana (1591) 3, 837 n. 14. Mansi, Conc. coll. 20, 325 n. 14. Migne, Patr. lat. 148, 587 n. 14. Jaffé, Bibl. 2, 444 n. 14. — Jaffé, Reg. 5189 (3910). Kehr, Italia pontificia 5, 56 n. 186. — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 318.*

**<Omnibus episcopis abbatibus comitibus militibus in parrochia Ravennati et in Pentapoli necnon et in marchia Firmana et in ducato Spoletino commorantibus, illis videlicet, qui beatum Petrum diligunt neque vinculis excommunicationis tenentur>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis abbatibus comitibus atque militibus in parroechia Ravennati et in Pentapoli necnon et in marchia Firmana et in ducatu Spoletino commorantibus, illis videlicet qui beatum Petrum diligunt neque vinculis excommunicationis tenentur, salutem et apostolicam benedictionem.

Notum vobis esse credimus, fratres karissimi, quia ubique terrarum religiosi viri et clerici et laici per gratiam Dei nos diligunt et ea, quę dicimus sive precipimus, libenter approbant et obędienter suscipiunt, illi videlicet, qui iustitiam discernunt et intentionem nostram cognoscunt. Inimici autem crucis Christi, | immo hostes animarum suarum, in nos insurgere et dementię cecitate perculsi contra salutem suam sanctam ęcclesiam conculcare conantur. Quod multum profecto gaudemus intuentes illos[a] qui Deum diligunt rebus *cf. Phil. 3, 18.* *f. 202.*

---

**14.** [a]) illum *von später Hand korr. in* illos *R;* illum *T.*

1) *Vgl. hierzu lib. II, 59 S. 213 A. 1, VII, 24 S. 504 A. 1.*

nostris favere et non hos, set illos dumtaxat, qui animam suam oderunt, inimicos nobis existere. Quorum quidem odium hac maxime de causa, sicut vos scitis, incurrimus, quia ipsos de laqueis diaboli eruere et ad sinum matris ecclesię reducere curavimus. Vos itaque, quos ab illorum perfidia remotos et alienos existimamus, oportere nunc credimus, ut, qualem habeatis animum circa nos immo beatum Petrum, cuius vice licet indigni fungimur, demonstretis et si, quemadmodum arbitramur, vos fideliter geritis, manifestis indiciis, cum tempus adest et res expostulat, declaretis. Est autem, in quo devotionem vestram egregie potestis ostendere, si decreta atque statuta sedis apostolicę pro posse vestro studetis atque satagitis adiuvare. Igitur Ravennatem archiepiscopum fratrem nostrum R.[1], quem post longas et innumeras pervasorum occupationes nuperrime, sicut olim a beato Petro Apollinarem, ita hunc Ravennas ab ecclesia Romana meruit accipere[2], studium vobis sit tum propter amorem sanctissimi martyris, cuius sede et reliquiis illa decoratur ecclesia, tum propter apostolicę sedis debitam reverentiam consiliis et auxiliis vestris confirmare atque ei contra illius sancti loci sacrilegum dampnatumque devastatorem[b] W. modis omnibus subvenire. Precipimus namque, ut iuxta consilium legati nostri, qui defert has litteras, predicto fratri nostro archiepiscopo consilium et auxilium vestrum ita firmiter promittatis, ut, dum inimici audierint, rebus suis cogantur et iure possint timere, cum vero amici et fideles nostri cognoverint, una nobiscum de promissis vestris certissime queant sperare. Datum III. Idus Decembris.

*cf. Ps. 10, 6.*

## VIII, 15.

*Gregor VII. verbietet den Leuten von Valva, ihren den päpstlichen Befehlen trotzenden bisherigen Bischof Transmund fürderhin als Hirten anzuerkennen, und empfiehlt ihnen den von ihm entsandten Legaten Subdiakon Johannes.*

*(Rom,) 1080 Dezember 12.*

*R f. 202:* <liber VIII> <n. 15> = *Cop. 18. Jahrh. Sulmona, Kathedralarchiv (A. P. Guerrieri). (Vgl. Kehr, Nachr. d. Göttinger Ges. d. Wiss. 1898 S. 294.)*

---

b) -tatorem *in Rasur R.*

1) *Richard, der sich indes nicht zu behaupten vermochte.* 2) *Vgl. Lib. pont. Vita Gregorii VII (ed. Duchesne 2, 289):* sicut beatus Petrus beatum Apollinarem transmisit ad praedicandum, sic ipse qui licet indignus vicem eius gerebat R. archiepiscopum ibi ad animas hominum Deo lucrificandas et heresim praedicti Guiberti destruendam mittere curavit.

*Editio Romana (1591) 3, 838 n. 15. Mansi, Conc. coll. 20, 326 n. 15. Migne, Patr. lat. 148, 588 n. 15. Jaffé, Bibl. 2, 446 n. 15. — Jaffé, Reg. 5190 (3911). Kehr, Italia pontificia 4, 254 n. 6.*

**< Omnibus in episcopatu Valvensi habitantibus maioribus et minoribus sive potestatem in eo habentibus qui gratiam beati Petri cupiunt >**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei omnibus in episcopatu Valvensi habitantibus maioribus atque minoribus sive potestatem in eo habentibus, qui gratiam beati Petri cupiunt, salutem et apostolicam benedictionem[a].

Transmundus | vester dictus episcopus[1] ad nos venit, *f. 202'.* quem nimirum nos duris verbis increpuimus, propterea quod episcopatum sine ratione dimiserat. Precipimus[b] etiam illi propter istam stultitiam, ut de episcopatu se deinde non intromitteret, set iret ad Montem Casinum ibique tandiu esset, donec cum ipso prefati loci abbate[2] aliisque religiosis et prudentibus viris consilium caperemus, quid de illo et vestra ecclesia esset faciendum. Quod nostrum preceptum, sicut *cf. 1. Reg. 15, 23.* audivimus, contempnens et per inobedientiam idolatrie scelus incurrens[3] ausus est ecclesiam interdictam ad augmentum malitię suę pervadere eamque nunc pertinaciter non metuit occupare. Proinde apostolica auctoritate precipimus vobis, ut, si gratiam Dei et beati Petri diligitis animarumque vestrarum periculum timetis, nullus vestrum episcopalem reverentiam illi exhibeat, sed bona ecclesię de manibus illius eripientes eum sicut invasorem habeatis et res ecclesię, ne distraere[c] valeat, a potestate ipsius defendatis. Nichilominus quoque mandamus, ut huic legato nostro Iohanni subdiacono, quem ad hoc vobis direximus, auxilium in his, quę necessaria fuerint, prebeatis, quatinus ipse una vobiscum, quę in hac re facienda sunt, melius possit implere[d]. Datum[e] II. Idus Decembris.

---

**15.** a) *Vgl. das Duplikat lib. IX, 12 [2].* b) precepimus *2.* c) distrahere *2.* d) inplere *2.* e) Data *2.*

1) *Vgl. lib. I n. 85a. — Über die Vorgeschichte seiner Erhebung zum Bischof vgl. Leo, Chron. mon. Cassin. lib. III c. 25 (MG. SS. 7, 715), dazu Martens, Gregor VII. Bd. 2, 212, Caspar, Petrus diaconus (1909) S. 12.* 2) *Desiderius, vgl. lib. VII n. 28.* 3) *Eins der häufigsten Bibelzitate bei Gregor, vgl. lib. II, 45, 66, 75, IV, 1, 2, 11, 23, 24, VI, 10, 11, VII, 14a, 16, 24, VIII, 21, IX, 20, 35 (Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 196).*

## VIII, 16.

*Gregor VII. fordert die Grafen R(aimund) und B(ertrand) (von St. Gilles) auf, den rechtmäßigen Erzbischof Dalmatius von Narbonne gegen den abgesetzten (Petrus) zu unterstützen. (Rom,) 1080 Dezember 23.*

*R f. 202v:* <liber VIII ~ <n. 16>[1].

*Editio Romana (1591) 3, 838 n. 16. Mansi, Conc. coll. 20, 327 n. 16. Migne, Patr. lat. 148, 589 n. 16. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 655 n. 147. Jaffé, Bibl. 2, 446 n. 16. — Jaffé, Reg. 5191 (3912).*

<**R. et B. nobilibus comitibus**>

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei R.[2] et B.[3] nobilibus comitibus salutem et apostolicam benedictionem[a].

Quantum domus vestra beatum Petrum iam dudum dilexerit quantumque ipsi fidelis[b] extiterit, profecto non modo apud[c] vos scitur, set etiam in plurimis diversarum gentium partibus notum habetur, unde et de inimicis victoriam et pre ceteris paribus suis honorem et gloriam hactenus obtinuisse longe lateque dinoscitur. Quia vero parentum vestrorum sicut nobilitatis lineam ita quoque probitatum studia vos imitari cognovimus, pro certo valde lętamur et, ut devotum animum circa beatum Petrum et matrem omnium sanctam Romanam ecclesiam semper geratis, salubriter hortamur atque monemus.
*f. 203.* Cuius vos dilectionem tenere, procul dubio in nullo melius | potestis ostendere, quam si inter cetera bona, quę debetis agere, sanctam ecclesiam procuratis iuvare atque defendere. Itaque saluti vestrę precipue providentes rogamus et ex parte beati Petri precipimus vobis[d], ut Narbonensi ecclesię[e] iam ex longo tempore a membris diaboli pervasę prompte subvenientes fratrem nostrum Dalmatium archiepiscopum[4], quem tandem canonice et secundum Deum electum et ordinatum meruit accipere, modis omnibus studeatis adiuvare. Illi vero pervasori[5],
*cf. VIII, 17.* qui non per ostium ut pastor, sed aliunde ut fur et latro *cf. Jo. 10, 1.*

---

**16.** a) *Vgl. das Duplikat lib. IX n. 22*[2]. b) -lis *korr. aus* -les *2.* c) aput *2.* d) vobis precipimus *2.* e) *Über der Zeile hinzugefügt 2.*

1) *Eine Kopie — möglicherweise Empfängerüberlieferung — befindet sich nach Wiederhold, Papsturk. in Frankreich (Nachr. d. Gött. Gesellsch. Beiheft 1913 S. 10) in Paris Bibl. nat. lat. Coll. Baluze 82 u. 374.* 2) *Raimund von St. Gilles, vgl. lib. VI n. 5b.* 3) *Bertrand, seinem Sohn.* 4) *Von Narbonne, 1081—96.* 5) *Petrus, vgl. lib. VII n. 14a.*

*cf. Jo. 10, 10.* ingressus oves Christi mactat et perdit, immo diabolo tradit, modis quibus potestis resistite, si gratiam omnipotentis Dei desideratis obtinere. Agite ergo et omnino procurate beatum Petrum apostolorum principem vobis adiutorem immo debitorem facere, qui potest vobis huius vitę et futurę salutem et honorem dare vel tollere, quique nescit fideles suos relin-
*cf. Jac. 4, 6.* quere, set[f] potius novit superbis resistere et[g] confundere, humilibus autem gratiam dare eosque exaltare. Datum[h] X. Kalendas Ianuarii.

## VIII, 17.

*Gregor VII. befiehlt Klerus und Volk von Reims, an Stelle des Manasses, der auch der letzten päpstlichen Weisung und Fristsetzung getrotzt habe, mit Zuziehung des Legaten Bischof (Hugo) von Die einen neuen Erzbischof zu erwählen. (Rom,) 1080 Dezember 27.*

*R f. 203:* <liber VIII> <n. 17>.

*Editio Romana (1591) 3, 839 n. 17. Mansi, Conc. coll. 20, 328 n. 17. Migne, Patr. lat. 148, 590 n. 17. Bouquet Recueil ed. Brial 14, 652 n. 142. Jaffé, Bibl. 2, 447 n. 17. — Jaffé, Reg. 5193 (3914).*

**<Universo Remensis ecclesie clero et populo>**

|| GREGORIUS episcopus servus servorum Dei universo Remensis ecclesię clero et populo salutem et apostolicam benedictionem.

Non dubitamus ad notitiam vestram[a] pervenisse, quod Manases olim dictus archiepiscopus vester synodalem dampnationis suę sententiam exigentibus culpis suis adiudicante confratre nostro Diensi episcopo sanctę Romanę ecclesię legato subierit. Quam utique diligenter perscrutantes et pro magnitudine iniquitatum eius iustissimam fuisse approbantes eo tenore in Romana synodo confirmavimus[1] rogatu multorum fratrum, ut concessis sibi induciis, si posset, ad expurgandum se de obiectis veniendi licentiam haberet ac liberam de se agendi facultatem, ita tamen, ut interim regimini ipsius ecclesię cederet et in Cluniacensi vel in aliquo religioso monasterio degeret, ut, cuius obedientię quantęque humili-

---

f) sed *2*. g) *Fehlt in 2, dafür* ipsosque *über der Zeile hinzugefügt.* h) Data *2*.

17. a) *Am Rande nachgetragen R;* vestram *T.*

1) *Vgl. lib. VII n. 20.*

tatis esset, probaretur. Verum, sicut ipsi scitis, non solum huic diffinitioni non obedivit, sed ad contemptum interdictionis nostrę ecclesiam vestram invadere ac impudenti
*f. 203'.* devastatione confundere presumpsit, utpote | quam non per hostium ut pastor, set aliunde ut fur et sevissimus predo *cf. Jo. 10, 1.*
*cf. VIII, 16.* intravit, ad hoc scilicet, ut gregem Dominicum mactet et *cf. Jo. 10, 10.* perdat, non ut vigilantia pastoris protegat et defendat. Siquidem adeo in[b] inmensum[b] actuum suorum tetendit iniquitas, ut dignissimę dampnationi atque excommunicationi subiaceat, ita ut in perpetuum nullam restitutionis suę spem concipere debeat. Quapropter apostolica vos auctoritate monemus, ut perversis actibus eius in nullo communicetis, immo, ut tollatur de medio vestrum et in interitum carnis suę *1. Cor. 5, 5.* tradatur sathanę[c], ut spiritus salvus sit, sibi modis omnibus resistatis. Detis etiam operam, ut communi consilio parique voto assentiente vobis predicto confratre nostro Diensi episcopo patrem vobis secundum Deum eligatis, qui ecclesię vestrę diutina pseudopastorum improbitate laboranti valeat subvenire et antiquam sui libertatem Christo auxiliante vobiscum reparare. Datum VI. Kalendas Ianuarii.

## VIII, 18.

*Gregor VII. fordert den Grafen Ebulus (von Roucy) auf, dem abgesetzten Erzbischof Manasses (I.) von Reims Widerstand, dem neuzuwählenden Nachfolger Unterstützung zu leisten. (Rom,) 1080 Dezember 27.*

*R f. 203':* <liber VIII> <n. 18>.

*Editio Romana (1591) 3, 840 n. 18. Mansi, Conc. coll. 20, 328 n. 18. Migne, Patr. lat. 148, 591 n. 18. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 651 n. 140. Jaffé, Bibl. 2, 448 n. 18. — Jaffé, Reg. 5194 (3915).*

**<E. comiti>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Ebolo[a. 1] nobili et glorioso comiti salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut prudentia tua meminisse potest, nos longo tempore preter voluntatem tuam virorumque religiosorum, qui ipsum noverant, Manassem dictum Remensem archiepiscopum dissimulavimus[2] eumque putantes correctionis suę curam habere diu profecto portavimus. Verum ille patientia nostra abusus

---

[b—b]) in ninm̄sū *R.* [c]) h *über der Zeile hinzugefügt R;* sathane *T.*

**18.** [a]) *Nachträglich eingefügt(?) R; vgl. Peitz S. 325 A. 3.*

1) *Vgl. lib. VI n. 3.* 2) *Vgl. n. 17.*

et, quod evidenter apparet, ex conscientia prava in desperationis foveam lapsus non solum se pretensę mansuetudini ingratum exhibuit, sed etiam in reliquum misericordia sancti P. indignum se fecit, scilicet ut, cuius in depositione sententiam vicarii nostri Hugonis Diensis episcopi in concilio Lugdunensi[1] prolatam approbatamque ad terminum nos distulerimus, deinceps in perpetuum firmam esse et ratam ipsumque sine spe recuperationis depositum adiudicemus. Quapropter eum inrevocabili iudicio episcopalis sedis regimine privatum esse tuę celsitudini denuntiantes monemus atque ex parte beati Petri precipimus ut tam te ipsum a pestifera amicitia illius amodo retrahas, quam et alios quos potes ab eo | custodire se doceas. Ut autem gratiam Dei et beati Petri largius merito queas sperare, studium sollertię tuę non desit tam per te ipsum quam et per quoscumque vales prefato deposito pro magnitudine tua resistere illumque archiepiscopum, quem saniori consilio pars cleri melior[b] cum consensu predicti legati nostri, Hugonis videlicet episcopi Diensis, illi sedi elegerit, modis omnibus adiuvare. In hac igitur re ita te devotum et obsequentem mandatis apostolicis aperte demonstres, quemadmodum tuis in necessitatibus fideles tuos existere cuperes. Et sicut a fidelibus tuis non inpune tergiversationem tibi fieri summis in negotiis ferres, ita procures respectu beati Petri, ad quem spectat[c] totius ecclesię causa, rem hanc ex animo gerere, quatinus et hic eum protectorem et in futuro patronum ex debito merearis habere. Datum VI. Kalendas Ianuarii.

*cf. VIII, 13.*

*f. 204.*

*cf. IX, 35.*

## VIII, 19.

*Gregor VII. löst die Suffragane von Reims von der Obödienz des bisherigen Erzbischofs Manasses (I.) und ordnet eine Neuwahl an. (Rom,) 1080 Dezember 27.*

*R f. 204:* <liber VIII> <n. 19>.

*Editio Romana (1591) 3, 841 n. 19. Mansi, Conc. coll. 20, 329 n. 19. Migne, Patr. lat. 148, 592 n. 19. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 651 n. 141. Jaffé, Bibl. 2, 449 n. 19. — Jaffé, Reg. 5195 (3916).*

**<Omnibus episcopis suffraganeis Remensis ecclesie qui se ab excommunicatis[a] custodiunt>**

|| GREGORIUS episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis suffraganeis videlicet sanctę Remensis ecclesię, his

---

b) mel- *auf Rasur von* san- *R.* c) *Davor ein Buchstabe radiert R.*

19. a) ecomunicatis *R.*

1) *Vgl. S. 476 A. 3.*

tamen, qui se ab excommunicatis custodiunt, salutem et apostolicam benedictionem [1].

Notum esse fraternitati vestre credimus, quod nos iniquitates Manasse dicti Remensis archiepiscopi longo tempore supportavimus [b] eumque sperantes de malitia sua converti diu nimiumque dissimulavimus. Sed quoniam beata Maria, cuius ille sedem perditus occupabat, noluit ecclesiam suam sceleribus illius diutius pollui, quę de eo graviora dudum latuerant, ad notitiam multorum eruperunt in lucem. Pro quibus ipse in Lugdunensi concilio, cui frater et vicarius noster Hugo Diensis episcopus preerat, eodem dictante cunctisque fratribus religiosis qui aderant assentientibus depositionis sententiam meruit. Eam itaque prefati conventus censuram, quam nos apostolica mansuetudine [c] utentes subiuncto tenore *cf. VIII, 18.* temperaveramus, quoniam ille conscientia desperante in duritia sua inobędientięque contemptu voluit manere potius quam ad sani sensus consilium animum flectere, iam nunc ex apostolica auctoritate firmamus atque inrecuperabiliter depositum *f. 204'.* esse in reliquum adiudicamus. Proinde fraternitatem | vestram, ne ulterius illi episcopalem reverentiam debeat, absolvimus, immo apostolica auctoritate precipimus, ut nemo ei quasi pastori obędiat, sed quisque pro officio suo et viribus sicut invasori resistat. Quod nostrum, potius vero Spiritus sancti iudicium dilectio vestra studeat subditis sibi cunctisque quibus valet populis denuntiare et, ut ab eius participatione sibi caveant ipsumque modis quibus possunt coartent, non negligat caritas vestra monere. De cetero volumus et ex parte beati Petri iubemus, quatinus adhibitis illius ecclesię clericis, talis persona cum consensu prefati legati nostri Diensis episcopi ut eligatur, procuretis, quę tanto regimini digne competere videatur. Nos enim eam electionem, quam pars cleri et populi melior et religiosior consentiente predicto nostro vicario fecerit, Deo favente firmantes apostolica auctoritate roboramus. Diligentia igitur vestra ita se in hac re pronam nobisque immo beato P. obędientem exhibeat, ut cognito studio et viligantia vestra, si quid in preterito negligenter aut inobędienter deliquistis, merito propter hoc debeamus sufferre. Datum VI. Kalendas Ianuarii.

---

b) sup- *korr. aus* sub- *R.* c) mansuedine *R;* mansuetudine *T.*

1) *Vgl. n. 17. 18.*

## VIII, 20.

*Gregor VII. fordert König Philipp (I.) von Frankreich auf, dem abgesetzten Erzbischof Manasses (I.) von Reims seine Gunst zu entziehen und eine kanonische Neuwahl zuzulassen. (Rom,) 1080 Dezember 27.*

*R f. 204′:* < liber VIII > < n. 20 >.

*Editio Romana (1591) 3, 842 n. 20. Mansi, Conc. coll. 20, 330 n. 20. Migne, Patr. lat. 148, 593 n. 20. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 650 n. 139. Jaffé, Bibl. 2, 451 n. 20. — Jaffé, Reg. 5196 (3917).*

< **Regi Francorum** >

|| GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Philippo glorioso regi Francorum[1] salutem et apostolicam benedictionem.

Sępe per nuntios tuę celsitudinis audivimus te gratiam beati P. nostramque amicitiam cupere, quod et tunc nos libenter accepisse et adhuc, si eum animum geris, noveris admodum nobis placere. In hoc enim te tuę salutis amicum sollicitumque esse demonstras, si apostolicam benivolentiam, sicut christianum regem decet, assequi et obtinere desideras. Quam quidem hoc pacto adipisci multo facilius ac dignius poteris, si te in ecclesiasticis[a] negotiis diligentem devotumque reverenter exhibueris. Qua in re procul dubio minus vigilanter multumque negligentius, quam sanum fuerit, olim habuisse te cerneris. Sed nos adolescentię tuę preterita[b] delicta spe correctionis tuę portantes, ut | deinceps[c] *f. 205 d.* castigatis moribus ad ea quę oportet invigiles, ex debito *cf. I, 82, IV, 1.* officii nostri monemus. Igitur inter cętera virtutum studia regię excellentię convenientia, quę tibi inesse optamus, cum te iustitię amatorem misericordięque custodem existere ecclesias defendere pupillos viduasque protegere sit necessarium, non minus ad internę salutis custodiam tibi esse pravorum consilia spernenda maximeque excommunicatorum familiaritates detestandas arbitramur atque asserimus. Unde sublimitati[e] tuę ex parte beati Petri precipimus ac ex nostra

---

**20.** a) ec|ecclasticis *R.* b) p̄ta *R; vgl. VIII, 12 N. a.* c) *Davor* ut *wiederholt und durchstrichen R*.* d) *Das Blatt f. 205. 205′ ist zusammen mit f. 212. 212′ an Stelle des ursprünglichen, das noch dem Archetyp der Hss.klasse T vorlag, eingesetzt und von einer Hand des 12. Jahrh. beschrieben worden [R*], vgl. Peitz S. 31, N. A. 38, 148 N, 2, s. oben lib. VI, 10 N. a.* e) -ti *korr. aus* -te *R*; -te T.*

1) *Vgl. lib. V n. 11.*

rogamus[1], ut Manasse[f] Remensi[f] archiepiscopo dicto, sed propter suas iniquitates, quę non pretereunt scientiam tuam, irrecuperabiliter deposito nullum ulterius favoris tui solatium[g] prebeas, sed eum ita ab amicitia tua rescindas atque a conspectu presentię tuę contemptum repellas, ut te pateat inimicos sanctę ecclesię videlicet in excommunicatione induratos respuendo Deum diligere apostolicisque mandatis morem gerendo gratiam beati P. veraciter desiderare. Preterea volumus et ex parte apostolica iubemus, ut electionem, quam prefatę Remensis[h] ecclesię clerus et populus[i] Deo annuente facturus est, nullo ingenio aut studio, quominus canonice fiat, impedias[k], sed et, si quis impedire[k] aliquo studio sęculari temptaverit, illi omnimodo contradicas atque illi, quem pars fidelior et religiosior elegerit, adiutorium tuum impendas. Age igitur et iam ętate vir factus in hac re procura, ut non frustra tuę iuventutis culpis pepercisse nec in vanum te ad emendationem expectasse videamur. Ac maxime enitere, ut beatum P., in cuius potestate est tuum regnum et anima tua, qui te potest in cęlo et in terra ligare et absolvere, tibi *cf. Matth. 16, 19.* facias debitorem et non pro negligentia[l] aut veritatis dissimulatione iudicium, sed pro diligentia iustitięque executione ipsius gratia eternum digne merearis auxilium[2]. Datum VI. Kalendas Ianuarii.

*cf. II, 25. 71. 72. 73. 75.*

## VIII, 20a.

*Kurzer Bericht über die römische Fastensynode von 1081.*
*Rom, 1081 (Februar).*

*R f. 205:* <liber VIII> <*ohne Nummer*> = *Lib. pontif. Vita Gregorii VII (ed. Duchesne 2, 289) (Einl. (gekürzt), 2—4).*

*Editio Romana (1591) 3, 842. Mansi, Conc. coll. 20, 577. Migne, Patr. lat. 148, 819. Jaffé, Bibl. 2, 452 n. 20a. — Jaffé, Reg. I², 638. — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 362. Lübberstedt, Stellung des deutschen Klerus auf den päpstl. Generalkonzilien, Diss. Greifswald 1911 S. 65.*

---

f—f) Manesse Ramensi *R**. g) solacium *R**; solatium *T*. h) Ramensis *R**. i) populi *R**. k) inp- *R**; imp- *T*. l) neglegentia *R**; negligentia *T*.

1) *Vgl. n. 17—19.* 2) *Über des abgesetzten Manasses weitere Schicksale vgl. Wiedemann, Gregor VII. und Erzb. Manasses I. von Reims, Diss. Leipzig 1884 S. 64 f. — Nachfolger in Reims wurde 1081 Helinand v. Laon, den nach zwei Jahren gleichfalls die päpstliche Absetzung wegen Kumulation der beiden Bistümer traf, vgl. Guibert v. Nogent, De vita sua lib. III c. 2 (ed. Bourgin in Collection de textes t. 40) p. 131.*

### Concilium[a].

Anno ab incarnatione Domini millesimo LXXXI, pontificatus vero domni G.[b] VII. pape anno VIII., presidente eodem apostolico celebrata est synodus Rome in basilica eiusdem salvatoris et redemptoris nostri Iesu Christi.

(1) In qua inter cętera sententiam depositionis archiepiscoporum Arelatensis[1] et Narbonensis[c. 2] atque excommunicationis per legatos apostolicę sedis[d] promulgatam dominus papa his qui aderant[3] collaudantibus firmavit.

(2) Heinricum[4] quoque et omnes fautores eius, qui in preterita[e] excommunicatione animum induraverant, | iterum excommunicavit. *f. 205'.*

(3) Anathematizavit item Ildimundum et Landum Campaninos[f. 5] omnesque adiutores eorum.

(4) Preterea suspendit[g] ab officio quosdam episcopos, qui ad concilium invitati neque ipsi neque nuntii eorum pro ipsis venerunt.

## VIII, 21.

*Gregor VII. sendet Bischof Hermann von Metz auf Anfrage ein programmatisches Rechtfertigungsschreiben der päpstlichen Politik gegenüber Heinrich IV.*

*(Rom,) 1081 März 15.*

*R f. 205': <liber VIII> <n. 21>.*

*Auszüge: 1. Anselm v. Lucca Coll. can. lib. I c. 80 (ed. Thaner p. 53); Deusdedit Coll. can. lib. IV c. 184 (106) (ed. Martinucci p. 420; Wolf v. Glanvell p. 489): S. 547 Z. 17* Quod autem *bis S. 548 Z. 1* absolvere[e]*;*

---

**20a.** a) *Fehlt in T.* b) GG. *T.* c) Nabornensis *R*.* d) i *in Korrektur R*.* e) imptita *T.* f) Campanos *korr. aus* Campanios *T.* g) pendit *T.*

1) *Aicard, vgl. lib. VI n. 21.* 2) *Petrus, vgl. n. 16.* 3) *Unter den Anwesenden war B. Pontius v. Rodez, von dem es in einer seiner Urkunden (Chartul. s. Victoris Massil. f. 19' ed. Guérard, Le Cartulaire de St. Victor de Marseille 2 (Coll. des cartulaires de France IX) 1851 p. 200 n. 835) heißt:* Facta est hec carta a. ab incarnato verbo millesimo LXXXII revertente me peccatore episcopo a concilio Romano sub presentia et auctoritate pape Gregorii VII. celebrato. *Da 1082 keine Synode gehalten worden ist (vgl. N. A. 38, 192 A. 1, 215 A. 2), so ist offenbar diese gemeint. Eine Zitation zu dieser Synode ist diejenige Huberts v. Térouanne JL. 5188, wie Löwenfeld N. A. 7, 162 gegen Giry in Revue hist. 1, 397 nachwies.* 4) *IV.* 5) *Den Namen nach Langobarden, also vermutlich capuanische Barone.* 6) *Ein ebenda beginnender Auszug in Cod. 617 (534) f. 67 der Bibl. von Lyon. vgl. Catal. génér. des mss. des bibl. de France 30 (1899) S. 164.*

*S. 548 Z. 10* ut de multis *bis Z. 21* recusat; *S. 550 Z. 19* Quodsi *bis S. 552 Z. 4* dampnat; *S. 553 Z. 23* Talibus *bis S. 555 Z. 9* reperiri. — *2. Liber Tarraconensis, 11. Jahrh. Ende, lib. I, 210 (vgl. Fournier in Mélanges Julien Havet S. 273, Blaul, Stud. z. Reg. Gregors VII., Diss. Straßburg 1911 S. 84): S. 547 Z. 17* Quod autem *bis S. 555 Z. 9* reperiri[1]. — *3. Cod. Admunt. 735, 12. Jahrh., f. 116 (vgl. Archiv 10, 644, Kalbfuß in MIOG. 31, 546): bis S. 549 Z. 9* concordantes. — *4. Ivo v. Chartres Decr. lib. V c. 378 (Migne 161, 437), Panormia lib. V c. 108. 109 (ebenda S. 1235): S. 553 Z. 1* Quis dubitet *bis S. 555 Z. 9* reperiri. — *5. Gratian Decr. c. 9—10 D. 96: S. 553 Z. 1* Quis dubitet *bis Z. 6* solvi; *S. 553 Z. 16* Duo sunt *bis S. 555 Z. 6* communiri; *(S. 554 Z. 3* Alius item *bis Z. 11* deponuntur *auch c. 3 C. XV qu. 6). Über weitere Auszüge in der Streitschriftenliteratur vgl. Mirbt, Publizistik im Zeitalter Gregors VII. S. 98.*

*Empfängerüberlieferung*[2]*: I. Ausfertigung an Hermann v. Metz:*

---

1) *Hieraus entlehnt Coll. Brittanica, 12. Jahrh., Varia II n. 118 (vgl. Ewald N. A. 5, 591) den Passus S. 553 Z. 24* plerique *bis S. 554 Z. 15* exclusit.

2) *Die „Textvarianten des Briefschlusses" versuchte Ewald, Walram v. Naumburg (Bonn 1874) S. 38 (vgl. auch Meyer v. Knonau l. c. 3, 373 A. 343) nach sachlichen Gesichtspunkten unter Verkennung des Überlieferungswertes kritisch zu sichten und kam zu dem Schluß, daß der Text III, soweit er 3—5 gemeinsam ist (bis S. 563 Z. 6* animadversionis obiciunt*) allein der „ursprüngliche" sei. Richtiger hat Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 203 ff. erkannt, daß mehrere Ausfertigungen vorliegen. Als ursprünglich bezeichnet er 5 als diejenige an Hermann von Metz und 3 = 4 als diejenige für weitere Kreise des Episcopats. Dagegen hält er die Fassung des Registers und 2 für Verkürzungen, jene weil sie „eines Schlußsatzes oder abschließenden Absatzes, wie man ihn bei einem so breit angelegten Schreiben gewiß erwarten darf", entbehre, diese wegen des, wie er meint, von Bruno vor dem aus der längeren Fassung III verkürzten Schlußsatz am Ende des im Register überlieferten Textes eingeschobenen* Amen. *Demgegenüber ist festzustellen: 1. Schon Blaul (S. 205 A. 3) schließt aus der Stellung des* Amen, *daß hier in der Vorlage irgendein Abschluß angedeutet gewesen sein müsse. Die gleiche Erscheinung wiederholt sich in 3, wo die Schlußabschnitte, um welche dieser Text reicher ist als der des Registers, durch rote Initiale (Cod. Vindob.) resp. Absatzzeichen (Cod. Zwettl.) gekennzeichnet sind. Nun haben Ewald und Blaul eine weitere Überlieferung, bei Hugo v. Flavigny, übersehen, die an der gleichen Stelle wie das Register schließt, dabei aber eine unzweifelhaft vom Register unabhängige Empfängerüberlieferung (1) darstellt (vgl. Einleitung S. XIV A. 4). Der Registertext ist damit als eine ursprüngliche und vollständige Fassung, nämlich als die erste Ausfertigung an Hermann von Metz, gesichert. Ebensowenig ist 2 eine „verkürzte" Fassung, sondern die erste Zirkularausfertigung, wie Adresse und zugefügter Schlußsatz erweisen. Das* Amen *ist durch 1 als Bestandteil der Empfängerüberlieferung und überdies durch die Beispiele III, 20, VII, 23 und IV, 1 (Empfängerüberlieferung) gedeckt. 2. Bez. der Texte 3 und 4 ist die naheliegende Vermutung, daß es sich in den Schlußabschnitten, um welche dieser Text reicher ist als 1 und 2, um Glossen handle, die von dritter Hand angefügt wurden, ähnlich den von Deusdedit und Ivo eingefügten, abzuweisen. Mit Recht bemerkt Blaul, daß sich diese Schlußabschnitte durch die benutzten bekannten Zitate aus Gregor I. als Eigendiktat Gregors VII. erweisen. Man muß also von einer zweiten, gleichfalls in der päpstlichen Kanzlei und unter persönlicher Mitwirkung Gregors VII. entstandenen, erweiterten Fassung sprechen und kann das Verhältnis, in welchem sie zu dem Schlußsatz der*

*Hugo v. Flavigny Chron. lib. II (MG. SS. 8, 453) (1). II. Zirkularausfertigung: Bruno, De bello Saxonico c. 73 (ed. Wattenbach p. 50) (2) = Annalista Saxo ad a. 1076 (MG. SS. 6, 709). III. Erweiterte Fassung: a) Codex Udalrici (Cod. Vindobon. 398 f. 66'; Cod. Zwettl. 283 p. 117) (3); Cod. 11196, Brüssel Kgl. Bibl. 12. Jahrh. (4); b) Cod. Arundell 77 f. 6. London Brit. Mus. 16. Jahrh. (5); vgl. MG. SS. 8, 458 N. 96.*[1]

*Editio Romana (1591) 3, 843 n. 21. Mansi, Conc. coll. 20, 331 n. 21. Migne, Patr. lat. 148, 594 n. 21. Jaffé, Bibl. 2, 453 n. 21. — Jaffé, Reg. 5201 (3921). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 368 ff. Martens Gregor VII. Bd. 2, 49 ff. Bernheim, Mittelalterl. Zeitanschauungen (1918) 1, 202 ff.*

**< Herimanno Metensi episcopo >**[a]

* Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo ★

---

* *Am Rand:* Contra illos qui stulte dicunt imperatorem excommunicari non posse a Romano pontifice, *von andrer, auch von der des Revisors (12. Jahrh.), der die Rubrik setzte, verschiedener Hand R (darnach ist N. A. 38, 163 A. 5 und Bernheim, Mittelalt. Zeitanschauungen 1, 205 zu korrigieren); fehlt in T.*

**21.** a) *Rubrik von der Hand des Revisors (12. Jahrh.) vgl. N. A. 38, 164 N. 5.*

*Empfängerüberlieferung II:* 15 Gregorius] G
*Empfängerüberlieferung III:* 15 GREGORIUS] G

paucis commonere censuimus, ut inter alia, que debentur, veritatem fere ab omnibus neglectam, cuius propugnatores et defensores vix paucissimi reperiuntur, firmiter tenere et constanter denunciare studeatis perpendentes, quod beatus Gregorius in libro Moralium VII.[1] dicit exponens capitulum illud: 'Qui timent pruinam, irruet super eos nix': Sepe inquit nonnulli, dum temporalia adversa pertimescunt, districtioni se eterne animadversionis obiciunt. *[Hier schließt n. 5 wie folgt:* Ex parte omnipotentis Dei et auctoritate beati Petri apostolorum principis concedo et largior tibi potestatem, frater H., in omni regno Lotharii faciendi ea que ad episcopatum pertinent in his episcopatibus, in quibus sunt episcopi excommunicati participando Henrico quondam regi dicto, quousque eidem episcopi manserint in excommunicatione et non fuerint a nobis absoluti seu legali nostro successore.] De quibus bene per psalmistam dicitur: 'Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.' Iste namque veritatem iam libere defendere appetit, sed tamen *(om. 3,* tantum *4)* in ipso suo appetitu trepidus indignationem potestatis humanae pertimescit, cumque in terra hominem contra veritatem pavet, eiusdem veritatis iram coelitus sustinet. Item in pastorali[2] de eo, quod per Salemonem dicitur: 'Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis': Frumenta abscondere est predicationis verba apud se retinere; in populis autem talis quisque maledicitur, quia in solius culpa silentii pro multorum, quos corrigere potuit, poena dampnatur. Si medicinalis artis minime ignari secandum vulnus cernerent et secare recusarent, profecto peccatum fraterne mortis ex solo torpore committerent. Quanta ergo culpa involvantur, aspiciant, qui, dum cognoscunt vulnera mentium, curare negligunt sectione verborum. Unde et bene per prophetam dicitur: 'Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine.' Gladium quippe a sanguine prohibere est predicationis verbum a carnalis vitae interfectione retinere. Et post paulo inferius: Si ergo ille Dei dicitur, qui ad ferienda vicia zelo divini amoris excitatur, profecto esse se Dei denegat, qui, quantum sufficit, increpare vitam carnalium recusat. Cum ergo periculum nostrum, sicut ex his colligitis, vos oporteat sollicite cogitare maximeque vigilanter cavere, tunc etiam subditos et proximos vestros *(*nostros *4)*, qui corrigendi sunt, admonere eisque ipsorum *(*eos eorum *4)* periculum, si obedire contempnant, diligenter debetis *(om. 4)* ostendere. Unde idem beatus Gregorius super illo capitulo[3]: Melior est obedientia quam victimae et auscultare magis quam offerre adipem arietum; quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatrie nolle acquiescere; sic demum in ultimo libro Moralium[4] argumentatur: Si enim quasi peccatum ariolandi est repugnare, sola est obedientia, quae fidei meritum possidet, sine qua infidelis quisque cognoscitur, etiamsi fidelis esse videatur. Pensate ergo, karissimi, pensate, quae superius digesta sunt, et, si non quia peccator Gregorius vobis scribit[5], vel quia Gregorius ille *(*illo *4)* sanctissimus olim disseruit, in memoria semper habete ac maxime, ne vos veritatis occultatio dampnet, procurate, vel proximos inobedientia, quam perniciosa sit, ignorantes interimat, set et vos aperta confessio veritatis et constans testificatio iusticiaeque defensio comprobet esse pastores et proximi per vos edocti et ammoniti viam salutis tenere valeant obedientes.

*cf. II, 66.* *Ps. 13, 6.* *Prov. 11, 26.* *Jer. 48, 10.* *1. Reg. 15, 22, 23.* *cf. IX, 21.* *cf. I, 77, II, 9, 30. III, 10, IV, 2, V, 21, IX, 35.*

1) *Moral. VII c. 26 (Migne 75, 785).* 2) *Lib. III c. 25 (Migne 77, 96), vgl. auch oben lib. II, 66 S. 222 A. 1. — Es ist das gleiche Kapitel, aus dem sich in Gregors Eigendiktaten zwei Bibelstellen oft zitiert finden, vgl. lib. I, 15, II, 5, 66 (67), III, 4, IV, 1, 2, VII, 23.* 3) *Moral. lib. XXXV c. 14 n. 28 (Migne 76, 765). Dieselbe Stelle aus Gregor I. auch in lib. II, 66, IV, 11, VI, 11, IX, 35 zitiert. Das Bibelzitat außerdem in lib. II, 45, 75, IV, 1, 2, 23, 24, VI, 10, VII, 14a, 16, 24, VIII, 15, IX, 20.* 4) *Im gleichen, in A. 3 zitierten Kapitel.* 5) *Vgl. I, 77, II, 9, 30, III, 10, IV, 2, V, 21, IX, 2, 35.*

## VIII, 22.

*Pastoralschreiben an die Königin A(delheid von Ungarn).* *(1081.)*

*R f. 211:* <liber VIII> <n. 22>.

*Editio Romana (1591) 3, 849 n. 22. Mansi, Conc. coll. 20, 337 n. 22. Migne, Patr. lat. 148, 602 n. 22. Jaffé, Bibl. 2, 467 n. 22. — Jaffé, Reg. 5202 (3922).*

**<A. dilectissime in Christo filie imperatrici[1]>**

|| G episcopus servus servorum Dei A. dilectissimę in ★ Christo filię[2] salutem et apostolicam benedictionem.

Quia ob reverentiam beati Petri apostolorum principis rogasti, ut litteras manu nostra scriptas[3] excellentię tuę mittamus, devotioni tuę acquievimus. His etiam te monemus, ut summopere procures quę sunt terrena et transitoria despicere et cęlestia ęternaque semper appetere. Scribe in corde tuo, quia summa regina cęli[4], quę super omnes choros ange-

---

1) *Das ist natürlich ein Irrtum des Rubrikators; denn Kaiserin Agnes war bereits 1077 gestorben.* 2) *Die Adressatin, deren Identifizierung in den bisherigen Ausgaben nicht versucht wurde (vgl. auch Meyer v. Knonau Jahrb. 3, 404 A. 98) ist offenbar die Gemahlin König Ladislaus' von Ungarn (vgl. lib. IV, 28, VI, 29 und Szoldrski Swiety Wladyslav król wegierski (Kraków 1917), Tochter des Gegenkönigs Rudolf, Schwester des schwäbischen Gegenherzogs Berthold, († 1090, vgl. lib. VII, 14a) und der mit Berthold VI. von Zähringen vermählten Anna. Daß sie Adelheid hieß, bezeugen allerdings erst der Liber constructionis mon. s. Blasii c. 18 (ed. Mone, Quellensammlung der Badischen Landesgeschichte 4, 94) im 14. Jahrh. (wo sie irrig als Gemahlin Kolomans (1095—1114) bezeichnet wird, vgl. Gerbert, Hist. Silvae Nigrae 1 (1783) S. 233) und ungarische Chronisten des 15./16. Jahrh., während die einzigen zeitgenössischen Zeugnisse — die Nachricht von ihrem Tode bei Berthold Ann. ad a. 1090 (M. G. SS. 5, 450) und eine Erwähnung in Urk. Ladislaus' (vgl. Büdinger, Ein Buch ungarischer Geschichte S. 77 A. 3) — ihren Namen nicht nennen. Eine starke Wahrscheinlichkeitsstütze hatte dieser Name schon bisher durch die Namensgleichheit mit der Großmutter und Mutter, Markgräfin Adelheid von Turin (vgl. lib. I, 37, 46. IV, 12) und ihrer gleichnamigen, mit König Rudolf vermählten Tochter († 1079, vgl. Berthold, Ann. M. G. SS. 5, 319), vgl. auch Hofmeister in D. Zeitschr. f. Geschichtswiss. 15, 473. Eine weitere urkundliche Stütze bietet nunmehr dieser Brief durch die Initiale, der in der Tonart vertrauter geistlicher Mahnung (vgl ähnlich lib. I, 47) gerade auf eine durch mütterliche Abstammung dem Kreise der dem Papste nahestehenden Frauen Angehörige paßt und ein interessantes Dokument dafür darstellt, wie Gregor auch nach Rudolfs Tod die zu seinen Lebzeiten geknüpften Fäden der internationalen Koalition gegen Heinrich IV. weiterzuspinnen suchte, eine Politik, die bei Ladislaus ja in der Tat ihre Früchte trug.* 3) *Dies der einzige Fall im Register, wo Eigenhändigkeit bezeugt ist, vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 114.* 4) *Vgl. die Mahnung zur Marienverehrung im Pastoralschreiben an Mathilde von Tuscien lib. I, 47 und über die Förderung der Marienverehrung durch die cluniacensische Reform Tomek, Stud. z. Reform d. deutschen Kirche im 11. Jahrh. (1910) S. 221 ff.*

lorum exaltata esse creditur, quę est decus et gloria omnium mulierum, immo salus et nobilitas omnium electorum, quia illa sola meruit virgo et mater edere naturaliter deum et hominem, caput et vitam[a] omnium bonorum, in terris non dedignata est pauperem vitam gerere[1] et in omni sancta humilitate se custodire. Quanto enim huius vitę gloria quęritur, tanto minus futurę desideratur. Illa enim mulier vere apud Deum regina dicitur, quę mores suos in timore et amore Christi moderatur. Inde fit, ut sanctę mulieres, licet in hac vita fuerint pauperculę, in cęlo et in terra glorificantur[b], et multę seculares, etiam reginę vel imperatrices, apud Deum et homines nec bonam famam habere mereantur. Rogamus ergo te atque precipimus, ut semper studeas animum domini tui regis, carissimi filii nostri, ad timorem et amorem Dei attrahere sanctęque ecclesię pro tuo posse prodesse, pauperes orfanos viduas omnesque iniuste oppressos defendere, omnibus clericis et monachis maxime religiosis reverentiam exibere, *cf. IV, 1, V, 21, IX, 18.* mortem carnis pre oculis tuis semper habere, ut mortem animę merearis evadere. Helemosinis et orationibus studium impende *f. 211'.* et admonitionem libenter accipe et illud | semper in corde tuo revolve: 'Quanto magnus es, humilia te in omnibus', et: *Eccli. 3, 20* 'Omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exal- *Luc. 14, 11.* tabitur.'

Omnipotens et misericors Deus, a quo cuncta bona procedunt, meritis beatę M. genitricis Dei per auctoritatem, quam dedit beato Petro apostolorum principi, te a cunctis peccatis tuis absolvat[2], mentem tuam semper custodiat eamque vera caritate repleat et ad vitam perducat æternam[3].

## VIII, 23.

*Instruktion für die päpstlichen Legaten Bischof P(etrus) von Albano und Fürst G(isulf) von Salerno. (1081)*[4].

*R f. 211': <liber VIII> <n. 23> = Albinus, lib. XI n. 13; Cencius, Lib. censuum n. 74 (ed. Fabre-Duchesne 1, 357); ferner*

---

22. a) *Jaffé bezeichnet irrig* vita *als Lesung von R, die Verteidigung derselben durch Peitz S. 293 wird damit hinfällig.* b) *So R;* n *über der Zeile hinzugefügt; Jaffé korr.* glorificentur.

1) *Vgl. lib. II, 49, V, 21* pauper Iesus, *VI, 17* pauper et pius redemptor noster, *dazu lib. I, 49 N. d.* 2) *Vgl. hierzu S. 412 A. 1.* 3) *Vgl. die ähnlichen Schlußwünsche in I, 49, II, 31, V, 21 und Blaul l. c.* 4) *Wenn auch aus der Stellung im Register kein zwingender Schluß auf das Datum des Briefs gezogen werden kann, weil er mit Neuansatz als letztes Stück vor der großen Unterbrechung der Registriertätigkeit eingetragen ist, so trifft doch*

*ein Auszug p. 566 Z. 20* Dicendum *bis zum Schluß: Deusdedit, Coll. can. lib. III c. 272 (150) (ed. Martinucci p. 328; Wolf v. Glanvell p. 379)* [1], *Benedictus canon. Liber politicus (Cod. Camerac. 554), Albinus lib. X n. 30; Cencius, Lib. cens. n. 71 (ed. Fabre-Duchesne 1, 355 n. 90) wahrscheinlich aus gemeinsamer Quelle, mit dem Lemma:* Ex registro Gregorii VII. papę libro VIII. cap. XXIII Gregorius — in Gallias inter cętera.

*Editio Romana (1591) 3, 850 n. 23. Mansi, Conc. coll. 20, 338 n. 23. Migne, Patr. lat. 148, 603 n. 23. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 641 n. 123. Jaffé, Bibl. 2, 468 n. 23. — Jaffé, Reg. 5203 (3923). — Vgl. Scheffer-Boichorst in MIÖG. Erg. Bd. 4, 77 ff. (= Ges. Schrift. 1, 107 ff.).*

**< Albanensi episcopo et principi Salernitano >**

G[a] episcopus servus servorum Dei dilectis filiis nostris P. Albanensi episcopo [2] et G. principi Salernitano [3], legatis nostrę apostolicę sedis in Gallias, salutem et apostolicam benedictionem.

Vobis commissa negotia non latent et iam vos ita acsi nostra, immo quia nostra ibi in vobis pręsentia est, cuncta *cf. II, 10, V, 7, VI, 11, IX, 3, 36.*
* digne peragite. Dicendum autem est omnibus Gallis et per veram obędientiam precipiendum, ut unaquęque domus saltem unum denarium annuatim solvant beato Petro, si eum recognoscunt patrem et pastorem suum more antiquo. Nam Karolus imperator, sicut legitur in thomo eius, qui in archivo ecclesię beati Petri habetur [4], in tribus locis annuatim colligebat mille

---

* — *S. 567* Am Rand:* N(ota) census, *von Hand des 12. Jahrh., vgl. N. A. 38, 167.*

**23.** a) *Die Eintragung von VIII, 23 rührt wohl von andrer Hand als der des Registrators, aber entgegen der von Peitz II S. 168 geäußerten Ansicht nicht von dem Kanzler Petrus her; keinesfalls besteht Identität der Hände mit lib. III, 6*, 6.*

*die nächstliegende Datierung zu 1081 zweifellos das Richtige, die Sander, Kampf Heinrichs IV. u. Gregors VII. S. 176 A. 1 mit sachlichen Argumenten verteidigt (mögen diese an sich auch nicht zwingend sein, vgl. Schumann, Päpstl. Legaten in Deutschland, Diss. Marburg 1912 Exk. V S. 175 f.). Ebenso datieren Delarc, S. Grégoire VII. 3, 606 A. 1, Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 366 A. 34. Die abweichenden Ansätze von Brial (zu 1079) und Giesebrecht, Kaiserzeit [5] 3, 1174 (dem Schumann l. c. folgt) zu 1084/5 sind unmöglich, der erstere aus registertechnischen Gründen, der letztere, weil die letzten erweislichen Eintragungen ins Register bereits kurz nach November 1083 erfolgt sind, vgl. unten lib. IX n. 36. 37.*

1) *Aus Deusdedit entlehnt Coll. Britannica (12. Jahrh.) Varia II n. 98 (vgl. Ewald N. A. 5, 589) die Sätze Z. 23* Karolus — *S. 567 Z. 7* sciunt. 2) *Vgl. lib. VII n. 12.* 3) *Gisulf, vgl. lib. I n. 2.* 4) *Die Fälschung DK. 254, vgl. die Einleitung der Ausgabe Dipl. Karol. 1, 363; erwähnt bereits von Leo IX. JL. 4292.*

et CC libras ad servitium apostolicę sedis, id est Aquisgrani, apud Podium Sancte Marię[1] et apud Sanctum Egidium[2], excepto hoc, quod unusquisque propria devotione offerebat. * Idem vero magnus imperator Saxoniam obtulit beato Petro, cuius eam devicit adiutorio, et posuit signum devotionis et libertatis, sicut ipsi Saxones habent scriptum et prudentes illorum satis sciunt[b. 3].

---

b) *Der Rest von f. 211' und f. 212. 212', das Ende der Lage, sind freigeblieben R.*

1) *Le Puy-en-Velay.* 2) *St. Gilles.* 3) *Als Grundlage dieser Behauptung kommt in erster Linie eine Stelle des sogen. Pseudoliutprand (ed. Migne 129, 1151 ff.):* Qui *(Karl)* cum quinto anno regni sui illuc venisset, inter cetera, quę ab ipso magnifice gesta sunt, etiam partem aliquam Saxonię in provincia Westfalia, quam ad fidem christianitatis convertit, ut ipse iam prędictus papa prącepit et docuit, inter cetera quę ad manum papę offerebat Deo in sacrificium obtulit et in loco Osbrugge vocato episcopatum constituere devovit *in Betracht, als dessen Quelle die auch in Bennos II. Osnabrücker Urkundenfälschungen benutzte Fälschung DK. 245* (septentrionalem illius partem pio Christo et apostolorum vestrum principi Petro pro gratiarum actione devote obtulimus), *als dessen Verfasser Benno selbst oder ein seinem Kreise angehöriger Osnabrücker anzusehen sind, vgl. Tangl in Arch. f. Urk.-Forsch. 2, 319 ff., Levison in N. A. 36, 425 ff. Benno war 1078 und 1079 als kaiserlicher Gesandter in Rom anwesend (vgl. lib. VII, 14a und Berthold, Ann. ad a. 1079, vgl. auch die ihm günstigen Worte Gregors in lib. IX, 10) und „auf sein Werk und seine Person paßt die merkwürdige Berufung vorzüglich" (Tangl). Neben Pseudoliutprand kommt die gefälschte Bulle Leos III. JL. + 2502* (hunc montem Eresburg, quem expugnatum cum tota Saxonia Deo obtulisti et per nos b. Petro consecrasti), *die Scheffer-Boichorst l. c. daneben heranzog, kaum noch in Betracht.*

# *IX. Buch.*[1]

## IX, 1.

*Gregor VII. tadelt den Erzbischof W(ilhelm) von Rouen, daß er sich bisher das Pallium nicht geholt habe, und untersagt ihm bis dahin, Amtshandlungen zu vollziehen.* (1081.)[2]

*R f. 213:* <liber IX> <prima>.

*Editio Romana (1591) 3, 851 n. 1. Mansi, Conc. coll. 20, 339 n. 1. Migne, Patr. lat. 148, 603 n. 1. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 653 n. 143. Jaffé, Bibl. 2, 469 n. 24 (1). — Jaffé, Reg. 5204 (3924).*

<**Rotomagensi archiepiscopo**>

* | **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei W. Rotomagensi archiepiscopo[3] salutem et apostolicam benedictionem. *f. 213.*

Litterę, quas nobis misisti, satis devotionis pretendunt, sed ad earum fidem rei penitus testimonium deest. Si enim ita se res haberet, non quemadmodum suffraganei tui etiam tu ipse apostolorum limina visere tanto tempore parvipendisses. Ex quo enim nos licet indignos ad huius sedis curam dignatio divina provexit, neminem vestrum nos vidisse recordamur. Quod tamen in eo minus mirandum videtur, quia legatos nostros, qui propius vos sunt, adire non multum

---

* *Am oberen Blattrande:* Ex libro VIIII. Registri eiusdem Gregorii pape VII., *von Hand des Revisors (12. Jahrh.), vgl. N. A. 38, 151, 165.*

1) *Der folgende Schlußteil des Registers ist, abgesehen von den letzten 4 Eintragungen (n. 35—37), auf einmal nach 2½ jähriger Unterbrechung der Registriertätigkeit, vermutlich kurz vor und nach der Novembersynode von 1083, nach den inzwischen angesammelten, ungeordneten Konzepten, soweit sie noch vorhanden waren, eilig und unsorgsam registriert worden, vgl. N. A. 38, 190 ff.; er entbehrt ursprünglich der Abteilung als besondres Buch, geschweige denn der bisherigen regelmäßigen Einteilung in Bücher nach Pontifikatsjahren. Aus praktischen Gründen und im Anschluß an die nachgetragene Notiz des Revisors des 12. Jahrh. (s. Sternnote) sowie an die früheren Ausgaben ist er gleichwohl als IX. Buch bezeichnet.* 2) *Nach Lage der Überlieferung (s. A. 1) ist bei undatierten Briefen des IX. Buchs, bei denen sachliche Anhaltspunkte zur Datierung fehlen, aus der Stellung im Register nichts Sicheres über den chronologischen Ansatz zu erschließen. Doch spricht die Wahrscheinlichkeit dafür, daß die beiden ersten gleich den folgenden Briefen zu 1081 und ebenfalls chronologisch noch in den Bereich des VIII. Buchs gehören, das erst mit Ende Mai 1081 abschließen durfte.* 3) *Wilhelm, 1079—1110.*

curatis. Qui vero labor aut quę difficultas prę aliis dissuasit vobis per tantum spatii beatum Petrum negligere, cum ab ipsis mundi finibus etiam gentes noviter ad fidem conversę studeant annue tam mulieres quam viri ad eum venire? Illud quoque, nisi nos apostolica mansuetudo detineret, profecto severius in te iam animadversum sensisses, quod hucusque preclarius tuę dignitatis insigne, videlicet pallium, ab apostolica sede pro more adquirere postposuisti. Te ipsum namque non ignorare putamus, quam districte sanctorum patrum censura[1] in eos iudicandum statuerit, qui post consecrationem suam per tres continuos menses pallium, quod sui sit officii, obtinere tepuerint. Proinde apostolica tibi precipimus auctoritate, ut, quia sanctorum patrum statuta parvipendisti, nullum[a] deinceps episcopum[a] vel sacerdotem ordinare seu ęcclesias presumas consecrare, donec honoris tui supplementum, pallii videlicet usum, ab hac sede impetraveris. De cętero tam te quam et suffraganeos tuos monemus, ut prefatam culpam summopere emendare procuretis, ne, si negligentes[b] ut hactenus in hoc exstiteritis, potestatem beati Petri
*f. 213'.* per nos quanto dilatio|rem tanto severiorem pro contemptu experiamini.

## IX, 2.

*Gregor VII. schreibt dem König A(lfons VI.) von Spanien über verschiedene genannte Angelegenheiten. (1081.)*[2]

*R f. 213':* <liber VIIII> <n. 2>.

*Editio Romana (1591) 3, 852 n. 2. Mansi, Conc. coll. 20, 340 n. 2. Migne, Patr. lat. 148, 604 n. 2. Jaffé, Bibl. 2, 470 n. 25 (2). — Jaffé, Reg. 5205 (3925).*

<**Regi Hispanie**>

★ **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei A. glorioso regi Hispanię[3] salutem et apostolicam benedictionem.

---

1. a—a) *Die Worte* nullum deinceps episcopum *ursprünglich irrig hinter* auctoritate *eingereiht, dort gestrichen und an die richtige Stelle gesetzt, unter Benutzung des Randes und Fortradierung des ursprünglich hinter* parvipendisti *folgenden* vel sacer- *am Ende der einen sowie Hinzufügung am Rande der nächsten Zeile R. Das Ganze Korrektur einer falsch eingeordneten Randnotiz der Konzeptvorlage, vgl. Peitz S. 86.* b) i *korr. aus* e *R.*

1) *Vgl. c. 1—2 conc. Ravenn. 877 (Mansi 17, 337) = Gratiani Decr. c. 1 D 100. Vgl. zur Neubelebung des Brauchs persönlicher Einholung des Palliums Gf. v. Hacke, Die Pallienverleihung bis 1143, Diss. Göttingen 1898 S. 130f.* 2) *S. n. 1 A. 2.* 3) *Vgl. lib. VIII n. 3.*

Non ignorat prudentia tua mentiri peccatum esse, si et
*cf. Matth. 12, 36.* de otioso verbo in districto examine exigenda est ratio. Sed ne quidem mendacium ipsum, quod fit pia intentione pro pace, a culpa penitus inmune esse probari potest. Hæc idcirco prelibavimus, ut, cum in ceteris illud peccatum esse non dubitaveris, in sacerdotibus quasi sacrilegium conicias et, *cf. I, 39.* quod tibi dirigimus, ita in re esse teste veritate cognoscas.

Non nos latet multa de nostris factis ac dictis tuis auribus sinistra interpretatione deferri. Unde et pro nobis in notitiam dilectionis tuę obtrectantibus respondere non alienum putavimus. Peccatorem me esse, sicut verum est, confiteri *cf. I, 77, II, 9, 30, III, 10, IV, 2, V, 21, VIII, 23, IX, 35.* minime piget. Verum si causa odii vel detractionis eorum, qui in nos fremunt, subtiliter investigetur, profecto non tam alicuius iniquitatis meę intuitu quam ex veritatis assertione iniustitięque contradictione illos in nos exarsisse patebit. Quorum quidem servitia et[a] largissima munera nos satis abundantius multis antecessoribus nostris habere potuimus, si ad periculum illorum et nostrum veritatem silere malitiamque ipsorum dissimulare maluissemus. At nos certe ex huius vitę termino et temporalium commodorum qualitate perpen-
*cf. Matth. 5, 10.* dentes numquam melius quemquam[b] posse esse episcopum, quam cum persecutionem patitur propter iustitiam[b], decrevimus potius divinis mandatis obtemperando pravorum inimicitias incurrere, quam illis male placendo iram Domini provocare.

Nunc ad industriam tuam sermonem vertimus, carissime fili. Noverit excellentia tua, dilectissime, illud unum admodum nobis, inmo clementię divinę placere, quod in ecclesiis regni tui matris omnium sanctę Romanę ecclesię or|dinem *f. 214.* recipi et ex antiquo more celebrari effeceris. Denique in illo, quem hactenus tenuisse videmini, sicut suggerentibus religiosis viris[c] didicimus, quędam contra catholicam fidem inserta esse patulo convincuntur. Quę[d] cum relinquere et ad priscam consuetudinem, scilicet huius ecclesię, reverti deliberasti, non dubię te beatum Petrum patronum optare et subditorum tuorum salutem cęlesti gratia inspirante, sicut regem decet, curare monstrasti. Quod tamen gaudium de sapientia tua multo cumulatius referimus, cum tuę humilitatis illustrem famam memorię interdum reducimus et eam virtutem, quę cum regia potentia vix aut rarissime capi sub uno domicilio consuevit[1], in corde tuo moderari consideramus.

---

2. a) *Es folgt Rasur (1 Buchstabe) R.* b—b) *Auf Rasur R.* c) s *in Korrektur (von* b*?) R.* d) Q *auf Rasur R.*

1) *Vgl. ähnlich pessimistische Urteile in lib. II, 49, IV, 1, VI, 17, VIII, 21.*

Cęterum quod de uxore tua[1] et de abbatia sancti Secundi[2] postulasti, competentius responderi per filium nostrum R.[3] sanctę Romane ecclesię cardinalem et legatum et fratrem Symeonem episcopum[4] arbitrati sumus.

De illa autem persona, quę in archiepiscopum[5] fuerat eligenda, dicimus, licet satis prudens et liberalis videatur, tamen, quemadmodum nobis notum est et litterę tuę non negant, disciplinę fundamento, videlicet litteralis scientię peritia, indiget[e]. Quę virtus quam sit non modo episcopis, verum etiam sacerdotibus necessaria, ipse satis intelligis, cum nullus sine ea aut alios docere aut sese possit defendere. Quapropter serenitatem tuam studere oportet, ut cum consilio prefati legati nostri R. Massiliensis abbatis aliorumque religiosorum virorum eligatur inde, si inveniri potest, sin autem, aliunde expetatur talis persona, cuius religio et doctrina ecclesię vestrę et regno decorem conferat et salutem. Neque vero te pigeat aut pudeat extraneum forte vel humilis sanguinis virum, dummodo idoneus sit, ad ecclesię tuę regimen, quod
*f. 214'.* proprie bonos exoptat, asscire, cum | R. res publica[f] ut paganorum tempore sic et sub christianitatis titulis inde maxime Deo favente excreverit, quod non tam generis aut patrię nobilitatem quam animi et corporis virtutes perpendendas adiudicavit[6].

Quoniam autem, sicut de bonis glorię tuę[g] merito congratulari, ita et de his, quę non conveniunt a te fieri, dolere ac ex[h] debito inhibere compellimur, dilectionem tuam monemus, ut in terra tua Iudeos christianis dominari vel supra eos potestatem exercere ulterius nullatenus sinas[7]. Quid enim est Iudeis christianos supponere atque hos illorum iudicio subicere nisi ecclesiam Dei opprimere et sathanę[i] synagogam exaltare et, dum inimicis Christi velis placere, ipsum Christum contemnere? Caveas itaque, fili, hoc facere domino et creatori tuo, quod non inpunę fieri tibi sustineres a servo tuo.

*cf. Apoc. 3, 9.*

---

e) *Am Rand:* N(ota) non debere promoveri ad prelaturam ignorantes, *von Hand des 14. Jahrh.* f) p. *R.* g) *Jaffé ergänzt* operibus, *doch ohne Grund, vgl. Peitz S. 293.* h) *Jaffé korr. mit Unrecht* ea, *vgl. Peitz S. 293.* i) h *über der Zeile hinzugefügt R.*

1) *Constantia, seit 1080 Alfons' zweite Gemahlin.* 2) *Gemeint ist offenbar die Abtei SS. Facundus u. Primitivus in Sahagun (Diöz. Leon) (J.), der Gregor 1083 ein Schutzprivileg erteilte (JL. 5263).* 3) *Richard, vgl. lib. VIII n. 4.* 4) *Von Burgos, vgl. lib. III n. 18.* 5) *Für Toledo, das 1085 von Alfons erobert wurde.* 6) *Dies eine individuelle und für Gregor VII. charakteristische Begründung der Idoneitätstheorie, vgl. VIII, 21 S. 562 A. 1.* 7) *Vgl. lib. VI, 5b c. XXII.*

Memento honoris et glorię, quam tibi super omnes Hispanię reges misericordia Christi concessit atque illius voluntatem tuis actibus quasi formam adhibendo mutuam vicem in cunctis ei rependere stude, immo ut hic et in futuro exaltari merearis, te in omnibus illi summittere semper memineris. Valde quippe indignum est ei unum hominem, videlicet te ipsum, perfecte non subicere, qui tibi ultra mille hominum milia subiecit et iudicio tuo commisit. *cf. IX, 9.*

De cetero regię munificentię tuę gratulamur, cuius animi devotionem in[k] eo plane satis agnoscimus atque agnoscentes amplectimur, quod, quanti beatum P. fecerit, ex dono patenter ostendere voluit. Et certe cum tui cordis amorem munus illud per se sufficienter ostendat, tum ętiam tuę fidei meritum illud ipsum mutua vice longe vero magis commendat multisque gentibus e cunctis mundi partibus ad gremium matris sanctę Romane ecclesię venientibus ad honorem tuum | clare manifestat. Et quidem, licet illud munus tam amplum et magnificum fuerit, ut et te regem dare et beatum Petrum recipere convenienter decuerit, tamen in illo animi tui devotionem multo magis amplectimur, quę, quanti beatum Petrum fecerit, ostendit patenter ex dono[1]. Eo igitur ut dignum est decenter suscepto, donum, quod Domino largiente sedes habet apostolica, sincerę tuę dilectioni remittit. *f. 215.*

Omnipotens Deus, omnium rerum creator et rector omniumque dignitatum ineffabilis dispositor, qui dat salutem regibus, meritis altissimę dominę genitricis Dei Marię omniumque sanctorum auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli nobis licet indignis per eos qualicumque commissa te tuosque fideles in Christo ab omnibus peccatis absolvat[1] detque tibi victoriam de inimicis visibilibus et invisibilibus, mentem tuam semper illuminet, ut eius bonitatem et humanam fragilitatem diligenter perspiciendo mundi gloriam despicias et ad ęternam beato Petro duce pervenias[2]. *Ps. 143, 10.*

---

k) *Über der Zeile hinzugefügt R.* 1) *Durch Umstellungszeichen korr. aus* patenter ex dono ostendit *R;* patenter ex dono ostendit *T.*

1) *Vgl. hierzu S. 412 A. 1.* 2) *Über die individuellen* Omnipotens Deus*-Schlußwünsche vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 122.*

## IX, 3.

*Gregor VII. gibt dem Bischof A(ltmann) von Passau und Abt W(ilhelm) von Hirsau Instruktionen über deutsche Angelegenheiten, insbesondere die Neuwahl eines Königs unter Übersendung eines diesem vorzulegenden Treueidformulars. (1081 März.)*[1]

*R f. 215:* <liber VIIII> <n. 3>.

*Archivüberlieferung des Eides: Deusdedit, Coll. can. lib. IV c. 422 (161) (ed. Martinucci p. 502, Wolf v. Glanvell p. 598); Albinus lib. X, 45, Cencius, Lib. cens. n. 104 (ed. Fabre-Duchesne 1, 419) aus gemeinsamer archivalischer Quelle. Ed. Weiland, MG. Const. 1, 559 n. 392*[2].

*Editio Romana (1591) 3, 854 n. 3. Mansi, Conc. coll. 20, 342 n. 3. Migne, Patr. lat. 148, 606 n. 3. Jaffé, Bibl. 2, 473 n. 26 (3). — Jaffé, Reg. 5206 (3925). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 364 ff.*

**<Pataviensi episcopo et A.[a] Hirsaugiensi abbati>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei dilecto[b] in Christo fratri et coepiscopo Pataviensi A.[3] et venerabili Hirsaugiensi abbati W.[4] salutem et apostolicam benedictionem.

Prudentię vestrę ex hoc satis gratulamur, quia, sicut oportebat, nuntiare nobis vera summopere studuistis, presertim cum multa et varia ex partibus vestris apud nos referantur.

---

3. a) *So irrig der Rubrikator* b) o *in Korrektur (us?) R.*

1) *Zur Datierung vgl. Sander, Der Kampf Heinrichs IV. u. Gregors VII. S. 67 A. 3. Daß der Brief mit Rücksicht auf das Datum von VIII, 21 nach dem 15. März anzusetzen sei, wie Reuter, Gesinnung und Maßnahmen Gregors VII. gegen Heinrich IV. Diss. Greifswald 1913 S. 93 ausführt, ist mit Hinblick auf das Datum des folgenden Briefs (n. 4) nicht stichhaltig, vgl. auch n. 1 S. 568 A. 2.* 2) *Irrig erblickt Weiland in der Überlieferung bei Deusdedit den im Wortlaut geringfügig abweichenden Eid, den bereits Rudolf im Jahre 1077 geschworen habe, indem er auf die Angabe des Lemma* ex eodem registri libro V *(= 1077) (s. S. 575 N. 2) verweist; doch ist einerseits sicher, daß nur einer der zahlreichen Zitierfehler Deusdedits vorliegt (vgl. Peitz S. 138 A. 1), und er denselben Eid wie das Register meint, andrerseits, daß sein Text trotz der Berufung auf das Register nicht aus diesem, sondern aus Archivüberlieferung entlehnt ist, ebenso wie in den Fällen lib. III, 17a, IV, 12a, V, 17, vgl. oben S. 282 A. 1, 314 A. 2.* 3) *Altmann 1065—91, vgl. Stülz in Denkschr. d. Wiener Akademie 4 (1853) S. 219 ff., Massino, Gregor VII. im Verhältnis zu s. Legaten, Diss. Greifswald 1907 S. 20 ff.* 4) *Wilhelm, vgl. lib. VII, 24.*

Notificamus autem dilectioni vestrę pene omnes nostros fideles audita morte R.[c. 1] beatę memorię regis niti ad hoc nos crebris adhortationibus flectere, ut H.[d. 2] iam pridem sicut scitis plura facere nobis paratum, cui ferme omnes Italici favent, in gratiam nostram recipiamus, adicientes, si ille in Italiam pro velle et conatu suo non valens | nobiscum *f. 215'.* habere pacem contra sanctam ecclesiam venerit, ex vobis frustra sperandum fore auxilium. Quod quidem si nobis, qui illius superbiam parvipendimus, deficiat, non adeo grave videtur. Si vero filię nostrę M.[3], cuius militum animos ipsi perpenditis, a vobis sufragatum non fuerit, quid aliud restat, nisi ut, cum sui resistere recusaverint[4], quam utique hac in re pro insana habent, ipsa vel coacta paci illius adquiescat aut, quicquid possidere videtur, amittat? Quam ob rem summopere niti vos oportet eamque certam reddere, an ex vobis presidium expectare firmiter debeat.

Si H. forte Longobardiam intraverit[5], admonere etiam te, karissime frater[e. 6], volumus ducem W.[7.*], ut fidelitatem beato Petro faciat, sicut coram imperatrice A.[8] et episcopo Cumano[9] mecum disposuit concesso sibi post mortem patris[10] eius beneficio[11]. Illum enim totum in gremio beati Petri desideramus collocare et ad eius servitium specialiter provocare. Quam voluntatem si in eo vel etiam in aliis potentibus viris amore beati Petri pro suorum peccatorum absolutione ductis cognoveris, ut perficiant, elabora nosque certos reddere diligenter procura. Hac enim fiducia, ut Italici remoti ab H. nobis, immo beato Petro fideliter adhereant, Deo adiuvante efficere credimus.

Preterea admonendi sunt omnes in partibus vestris Deum timentes ac sponsę Christi libertatem diligentes, ut non aliqua gratia suadente aut ullo metu cogente properent eam

---

* *Am Rand:* **Welfonem,** *von der Hand des Revisors (12. Jahrh.); vgl. N. A. 38, 167.*

c) *Über der Zeile* rodulfi *R.* d) *Über der Zeile* heinricum *R.* e) *Es folgt Rasur eines* d *R.*

1) *Rudolf † 16. Oktober 1080.* 2) *Heinrich IV.* 3) *Markgräfin Mathilde, deren Heer im Herbst 1080 bei Castel Volta von den Lombarden geschlagen war.* 4) *Über die deutsche Agitation in Tuscien vgl. Meyer v. Knonau l. c. S. 261.* 5) *Heinrich IV. war am 11. April bereits in Verona.* 6) *Von hier an ist nur einer der Adressaten, vermutlich Altmann angeredet, vgl. Martens 1, 227 und lib. I, 69:* Te autem, predicte comes, singulariter alloquentes. 7) *Welf IV., vgl. lib. VI, 14.* 8) *Agnes († 1077).* 9) *Rainald, vgl. lib. VI, 29.* 10) *Markgraf Albert Azzo II. v. Este.* 11) *Näheres über diese Abmachung ist nicht bekannt.*

temere personam eligere, cuius mores et cetera, quę regi oportet inesse, a suscipienda christiane religionis defensione et cura discordent. Melius quippe fore arbitramur, ut aliqua mora secundum Deum ad honorem sanctę ecclesię rex provideatur idoneus, quam nimium festinando in regem aliquis ordinetur indignus[1]. Scimus quidem, quod[f] fratres nostri
*f. 216.* longo | certamine diversisque perturbationibus fatigantur. Nobilius tamen esse dinoscitur multo tempore pro libertate sanctę ecclesię decertare quam miserę ac diabolicę servituti subiacere. Certant namque miseri, scilicet membra diaboli, ut eiusdem misera servitute opprimantur; certant econtra membra Christi, ut eosdem miseros ad christianam libertatem reducant.

Quapropter fundendę sunt frequentissimę orationes et largissimę dandę elemosinę omnibusque modis redemptor noster exorandus, ut inimici nostri, quos suo precepto dili- *cf. Matth. 5, 44.*
gimus, resipiscant et ad gremium sanctę ecclesię redeant suęque sponsę, pro qua mori dignatus est, defensorem et rectorem, sicut eam decet, clementer tribuat. Nisi enim ita obędiens et sanctę ecclesię humiliter devotus ac utilis, quemadmodum christianum regem oportet et sicut de R. speravimus, fuerit, procul dubio ei non modo sancta ecclesia non favebit, sed etiam contradicet. De predicto enim Rodulfo rege quid sancta Romana ęcclesia speraverit et quid ille promittebat, tu ipse, frater karissime, satis cognoscis. Providendum est ergo, ut non minus[2] ab eo, qui est eligendus in regem, inter tot pericula et labores sperare debeamus. Qua de re quid promissionis iuramento sancta Romana ęcclesia ab illo requirat, in sequenti significamus:

„Ab hac hora et deinceps fidelis ero per rectam fidem

---

f) *Über der Zeile hinzugefügt R;* quod *T.*

*Archivüberlieferung des Eides. Lemma:* Item aliud. Ex eodem registri libro V cap. XXVI *(nicht* XVI, *wie Edd., vgl. Peitz S. 130 A. 1) D.* Iuramentum regum et aliorum principum *AC;* de ordinatione facta per Constantinum imperatorem super ecclesiis et iuribus earundem *fügt C hinzu.* 30 et deinceps] *fehlt AC* fidelis] ego ille fidelis

1) *Vgl. hierzu oben lib. VIII, 21 S. 562 A. 1 und lib. IX, 2 S. 571 A. 6.*
2) *Hieraus ergibt sich so viel, daß bereits Rudolf einen dem folgenden ähnlichen Treueid geleistet hatte; daß aber der Wortlaut genau der gleiche gewesen sei, wie Jungnitz, Kampf zwischen regnum und sacerdotium, Diss. Greifswald 1913 S. 36 A. 4 unter Berufung auf Weiland (s. S. 573 A. 2) behauptet, ist im Hinblick auf die Freiheit, die Altmann weiterhin für die Formulierung gelassen wird (S. 576 Z. 17) nicht wahrscheinlich, vgl. Meyer v. Knonau l. c. S. 366 A. 3.*

„beato* Petro apostolo eiusque vicario pape GREGORIO, qui „nunc in carne vivit. Et quodcumque mihi ipse papa pre- „cęperit, sub his videlicet verbis: per veram obędien- *cf. II, 10, V, 7 VI, 11, IX, 35* „tiam, fideliter, sicut oportet christianum, observabo. De „ordinatione vero ęcclesiarum et de terris vel censu, quę „Constantinus imperator vel Carolus sancto Petro dederunt, „et de omnibus ecclesiis vel prediis, quę apostolicę sedi ab „aliquibus viris vel mulieribus aliquo tempore sunt oblata „vel concessa et in mea sunt vel fuerint potestate, ita | con- *f. 216'.* „veniam cum papa, ut periculum sacrilegii et perditionem „animę meę non incurram. Et Deo sanctoque Petro adiu- „vante Christo dignum honorem et utilitatem impendam. Et „eo die, quando illum primitus videro, fideliter per manus „meas miles sancti Petri et illius efficiar."

Verum quoniam religionem tuam apostolicę sedi fidelem et promissis tenemus et experimentis non dubitamus, de his si quid minuendum vel augendum censueris, non tamen pretermisso integro fidelitatis modo et obędientię promissione, potestati tuę et fidei, quam beato Petro debes, committimus.

Quod vero de sacerdotibus interrogastis, placet nobis, ut in pręsentiarum[g] tum propter populorum turbationes tum etiam propter bonorum inopiam, scilicet quia paucissimi sunt, qui fidelibus christianis officia religionis persolvant, pro tempore rigorem canonicum temperando debeatis sufferre[1]. De his namque pacis et tranquillitatis tempore, quod Domino miserante cito futurum credimus, convenientius tractari pleniusque poterit canonicus ordo servari.

Ceterum de Buggone[2], cuius malitiam significastis, nedum

---

* *Am Rand:* **Iuramentum regis,** *von Hand des Revisors (12. Jahrh.); vgl. N. A. 38, 167.*

g) -rum *über der Zeile hinzugefügt R;* in presentiarum *T.*

*Archivüberlieferung des Eides:* 1 pape Gregorio] domino (domno *AC*) papę illi 2 Et quodcumque — 4 observabo] et successoribus eius meliorum cardinalium electione intrantibus 5 quę] quem 7 prediis] presidiis *D* 8 sunt] sunt vel fuerint 10 et perditionem — 11 meę] *fehlt* 12/13 et eo] eo *A* 13 quando] quo primitus videro] prius videbo 14 efficiar] *Es folgt:* Sic me Deus adiuvet et hęc sancta evangelia (adimet et cetera *AC*)

1) *Das gleiche ordnet noch ein andres Schreiben an Altmann, von dem dessen Vita (M. G. SS. 12, 238) berichtet, an, vgl. JL. 5309.* 2) *Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 367 A. 36 vermutet, daß hier einer der kaiserlich gesinnten Bischöfe Burkhard gemeint sei, im Register (Bd. 5, 412) verweist er*

tantam potestatem, videlicet absolvendi, sibi tam temere commisisse, nec etiam recordamur nos aliquando eum vel sermone vel visu notum habuisse.

In sancta quidem synodo, quam nuper Deo auctore celebravimus, omnes excommunicatos usque ad condignam satisfactionem rursus[h] excommunicavimus[i]; et fratrum multitudinem qui[k] aderant rogavimus[k], ut misericordiam Dei cotidie exorent, quatinus illos per veram penitentiam ad gremium sanctę matris ecclesię reducat eisque in bono perseverantiam tribuat. Nullius enim hominis perditionem quęrimus, sed omnium salutem in Christo desideramus[l].

## IX, 4.

*Gregor VII. beauftragt Abt D(esiderius) von Monte Cassino, Robert Guiscard auf seine Bereitwilligkeit zu einem gemeinsamen kriegerischen Unternehmen nach Ostern und zu einer Zusammenkunft in der Fastenzeit zu sondieren und ihn an die Angelegenheit Roberts von Loritello zu erinnern.*

*(1081 Anfang Februar.[1])*

*R f. 216'*: <liber VIIII> <n. 4.>

*Editio Romana (1591) 3, 856 n. 4. Mansi, Conc. coll. 20, 344 n. 4. Migne, Patr. lat. 148, 609 n. 4. Jaffé, Bibl. 2, 477 n. 27 (4). — Jaffé, Reg. 5207 (3926). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 363 f.*

---

h) *Auf Rasur (von* ex-*) R.* i) ex- *am Rande hinzugefügt R.* k—k) *Auf Rasur R.* l) *Über* m *ein Kürzungszeichen gestrichen R.*

*dagegen mit Fragezeichen auf Burkhard v. Halberstadt. Burkhard von Basel und Burkhard von Lausanne kommen jedoch aus geographischen Gründen kaum in Betracht, zumal beide in dieser Zeit dauernd (der letztere als italienischer Kanzler) bei Heinrich IV. in Italien weilten. Für Burkhard von Halberstadt spricht die Namenform Buggo (vgl. Sellin, Burchard II., Bischof von Halberstadt (1914) S. 5) und der Umstand, daß es sich bei der nicht näher bekannten Angelegenheit anscheinend um einen Eingriff in die Kompetenzen der päpstlichen Legaten handelt. Befremden könnte nur der schroffe Ton des Papstes gegenüber einem Manne, an den er in früheren Jahren mehrfach selbst Briefe gerichtet hatte (vgl. I, 39, II, 12, 66); aber der Tadel geht auf Unterlassung der visitatio liminum, die Gregor ja auch in andern Fällen streng gerügt hat (vgl. lib. I, 79, IX, 1, 20), und gerade die Schärfe des Tons ist vielleicht charakteristisch als Nachwirkung der Enttäuschungen, welche die sächsischen Bundesgenossen Gregor bereitet hatten, wie er denn von ihrem zweiten Gegenkönig, Hermann, dessen Hauptstütze dauernd gerade Burkhard von Halberstadt war, anscheinend überhaupt keine Notiz genommen hat.*

1) *Zur Datierung vgl. Sander, Kampf Heinrichs IV. u. Gregors VII. S. 174 f.*

< **Abbati Cassinensi D.** >

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei venerabili abbati | Casinensi D.[1] salutem et apostolicam benedictionem. *f. 217.*

Satis novit dilectio tua, quantum commodi de pacatione ducis Roberti sancta Romana ecclesia speraverit quantumve ex hoc inimici eius timuerint, neque etiam te latere putamus, huic apostolicę sedi ex parte illius quid utilitatis accesserit. Unde quia plurimorum fidelium super eo spes, sicut palam cernitur, hucusque non processit, volumus, ut de cetero animum ipsius, qualiter se circa Romanam ęcclesiam habeat, veraciter intelligere[a] studeas. Pręcipue autem eius voluntatem in his agnoscere diligenter te cupimus, scilicet si necessaria nobis expeditio fuerit post pascha[2], an per se vel per filium suum se decenter succursurum fiducialiter polliceatur; si vero hoc non oportuerit, quot milites post paschale festum, ut in familiari militia beati Petri sint, se destinaturum indubitanter promittat. Hoc etiam sollerter procures advertere, an illos dies, videlicet quadragesimales, quibus Normanni solent pugna vacare, prefatus dux assentiat hoc pacto Deo offerre, ut una vel nobiscum vel cum nostro legato ad aliquas terras beati Petri, quo invitatus fuerit, competenter instructus accedat, quatinus hoc sui obsequii studio et bonos in apostolica fidelitate confirmet, et rebelles ac contumaces ad debitam sanctę Romane ecclesię reverentiam atque servitium vel terrore revocet vel[b] vi[b] talique[b] modo suę Deo militię munus[c] gratuitum offerat[c].

Pręterea de nepote suo Roberto de Loritello[d.3] ad ipsius ducis memoriam revoces, qualiter de illo nobis promisit, videlicet quod[e] idem comes se[f] terras[f] apostolicę sedis, preter quas habebat, ulterius non invasurum spopondit[4]; quas tamen pro posse suo invadere, sicut audivimus, adhuc non desistit. Suadens igitur admoneas eum, ut memorati nepotis sui sacrilegam[g] compescat[g] audaciam atque hortetur | illum et preterita corrigendo et in futuro se abstinendo beatum Petrum propitium sibi facere, in cuius irritatione ruinam et in[h] gratia vitam et felicitatem possit obtinere perpetuam. *f. 217'.*

4. [a]) intelli- *auf Rasur R.* [b—b]) vel vi ta- *auf Rasur R.* [c—c]) *Auf Rasur eines um etwa das Doppelte längeren Textes, als dessen zweite Hälfte noch* compellat *zu erkennen ist R.* [d]) i *korr. aus* u *R.* [e]) *Über der Zeile hinzugefügt R;* quod *T.* [f—f]) *Auf Rasur R.* [g—g]) *Auf Rasur R.* [h]) *Über der Zeile hinzugefügt R;* in *T.*

1) *Desiderius, vgl. lib. VIII n. 15.* 2) *4. April.* 3) *Gebannt auf der Fastensynode 1075, vgl. lib. II n. 52a.* 4) *Gemeint ist wohl der Eid lib. VIII n. 1a, obwohl hier Roberts von Loritello nicht ausdrücklich Erwähnung geschieht.*

De novis ultramontanis nichil certi habemus, excepto quod Heinricum numquam se infelicius habuisse pene omnes illinc advenientes affirmant.

## IX, 5.

*Gregor VII. befiehlt den Legaten Hugo von Die und A(matus von Oleron) die Bannsentenzen gegen einige normannische Prälaten mit Rücksicht auf die kirchliche Ergebenheit, die König (Wilhelm I.) von England neuerdings gezeigt habe, sowie die Exkommunikationen gegen gutgesinnte Priester blos um der Weigerung willen, Zehnte zu zahlen, zurückzunehmen. (1081.[1])*

*R f. 217[1]:* <liber VIIII> <n. 5>.

*Editio Romana (1591) 3, 857 n. 5. Mansi, Conc. coll. 20, 345 n. 5. Migne, Patr. lat. 148, 610 n. 5. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 653 n. 144. Jaffé, Bibl. 2, 478 n. 28 (5). — Jaffé, Reg. 5208 (3927). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb, 3, 404.*

**<Dilectis in Christo fratribus H. Diensi episcopo et A.>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo fratribus H. Diensi episcopo[2] et A.[3] salutem et apostolicam benedictionem.

Perlatum nobis est, quod religio vestra omnes Normannorum pontifices preter Rotomagensem ipsumque Culturensem abbatem[4], quem nos restituimus, ad concilium invitatos[5] suspendit. Quos tamen, sicut nobis suggestum est, non tam inobędientia quam metus regis Francorum[6], scilicet quia secure venire nequibant, subtraxit. Qua in re prudentia tua, quid nobis videatur, advertat. Rex Anglorum[7], licet in quibusdam non ita religiose sicut optamus se habeat, tamen in hoc, quod ecclesias Dei non destruit neque vendit et pacem[a] iustitiamque in subditis suis moderari procurat et quia contra apostolicam sedem rogatus a quibusdam inimicis crucis Christi *Phil. 3, 18.*

---

5. a) *Auf Rasur R.*

1) *Die Ansetzung zu 1079/80 bei Fazy, Notice sur Amat évêque d'Oloron, in Bibl. de la faculté des lettres (Paris 1908) 24, 110 n. 19 ist schon wegen der Stellung des Briefs im Register verfehlt, vgl. vielmehr Degert, Amat d'Oloron, in Revue des questions hist. 84 (1908) S. 70 A. 1.* 2) *Vgl. lib. VIII n. 19.* 3) *Amatus v. Oleron, vgl. lib. VII n. 20.* 4) *Johel von St. Pierre de Couture (Le Mans), vgl. lib. VII n. 22.* 5) *Vermutlich die Synode von Saintes, 8. Jan. 1081, vgl. Degert l. c., während Fazy l. c. und auch Messing, Gregors VII. Verhältnis zu den Klöstern, Diss. Greifswald 1907 S. 61 A. 1 irrig an Synoden des Jahres 1080 denken.* 6) *Philipp I.* 7) *Wilhelm I.*

pactum inire consentire noluit, presbyteros uxores, laicos decimas, quas detinebant, etiam iuramento dimittere compulit, ceteris regibus se satis probabiliorem ac magis honorandum ostendit. Unde non indignum debet existimari potestatem illius mitius esse tractandam atque respectu probitatis ipsius subditorum et eorum, quos diligit, negligentias ex parte fore
* portandas. Denique meminisse potest dilectio vestra, qualiter et beatus Leo papa[1] neophitos et beatus GR.[2] Venantium expatricium, quem suus episcopus iuste corripuerat, sustinuit;
*2. Paralip. 19, 2—3.* et quemadmodum clementia Domini Iosaphat regi Iuda, qui inpio Ahab auxilium prebens iram divinam meruerat, indulsit. Quare volumus, ut fraternitas vestra supramemoratis episcopis et abbatibus non pretermisso Culturensi abbate, quos suspendistis, per presentium portitorem restitutionis litteras
* mittat et prefa|tum regem in talibus ulterius sine assensu *f. 218.* nostro non exasperet. Videtur enim nobis multo melius atque facilius lenitatis dulcedine ac rationis ostensione quam austeritate vel rigore iustitię illum Deo lucrari et ad perpetuum beati Petri amorem posse provocari.

Pręterea innotuit nobis, quod multos milites, qui prius ad presbyteros fornicarios et symoniacos coercendos favorem et auxilium vobis impenderant, propterea[b] quod decimas dimittere nolebant, excommunicando turbaveritis, quales nos adhuc anathematis vinculis alligare synodali iudicio per dis-
** cretionem distulimus. Super his igitur consulimus atque hortamur, ut nunc pro tempore canonicum rigorem vestra sapientia temperet atque hac turbationis tempestate, quędam parcendo nonnulla dissimulando ita studeat moderari, ut non ex severitate iustitię deteriorandi occasionem sumant, sed suspenso nunc iudicio spatium recognoscendi ęquitatem habentes postmodum facilius adquiescant aut demum in eos tranquillitatis tempore, quod Deo annuente cito futurum spe- *cf. IX, 8.* ramus, id quod nunc apostolicę sedis discretio patienter differt,
** iustitia dirimens ad statum suum restauret[c].

---

*—* *Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jahrh.*
**—** *Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jahrh.*

b) *Korr. aus* ꝑterea *R.* c) *Am Rand hinzugesetzt R.*

1) *Epist. 12 c. 5 (Migne 54, 651 ff.).* 2) *Gregor I.; vgl. Registr. lib. VI, 40 (M. G. Epp. 1, 416).*

## IX, 6.

*Gregor VII. unterstellt die päpstlichen Schutzklöster Montmajour und Ste. Marie de Grasse dem Kardinaldiakon Abt Richard von St. Victor in Marseille und seinen Nachfolgern zwecks Durchführung der Reform.*

*(Empfängerüberlieferung: Rom, 1081 April 18.)*

*R f. 218′:* <liber VIIII> <n. 6>.

*Empfängerüberlieferung: Orig. Marseille Arch. dép. des Bouches-du-Rhône (koll. Wiederhold, vgl. Götting. Nachr. 1907 Beiheft II S. 47) = Chartul. minus von St. Victor in Marseille f. 25′ (vgl. Guérard in Collection des cartulaires de France t. 9, Cartulaire de St. Victor de Marseille t. 2, 214 n. 842).*[1]

*Editio Romana (1591) 3, 858 n. 6. Mansi, Conc. coll. 20, 346 n. 6. Migne, Patr. lat. 148, 611 n. 6. Jaffé, Bibl. 2, 479 n. 29 (6). — Jaffé, Reg. 5211 (3928).*

**<R. sancte R. ecclesie cardinali atque abbati Massiliensi suisque successoribus regulariter promovendis>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei dilecto in * Christo filio R. sanctę Romanę ecclesię cardinali sacerdoti atque abbati Massiliensi[2] suisque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

Licet apostolici nos apicis cura pro cunctis generaliter ęcclesiis vigilare ac pro omnium statu vel reparatione sollicitos esse admoneat[a], illis tamen precipue locis nostram curam specialius exhibendam perpendimus, quę sub Romanę tutela sedis constituta scimus status sui confirmationem augmentum vel restitutionem ab hac potissimum ęcclesia, cuius iuris sunt, expectare. Quia ergo quędam monasteria, alterum in Pro- * vincia, videlicet sancti Petri qui dicitur ad Montem Maiorem[3],

---

* *Am Rand:* privilegium, *von der Hand des Revisors (12. Jahrh.), vgl. N. A. 38, 167.*

* — *S. 582* Am Rand ein* Notazeichen *des 12. Jahrh.*

**6.** a) ad- *korr. aus* cō *R.*

*Empfängerüberlieferung:* 20 R.] Ricardo 25 admoneat] commoneat 26 exhibendam] exibendam 30 qui] quod

<**Lugdunensi archiepiscopo**>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo fratri H. Lugdunensi archiepiscopo[1] salutem et apo-
*f. 225.* stolicam benedictionem.

Abbas presentium lator rettulit nobis officium sibi ęcclesieque suę a fraternitate tua esse interdictum, propterea quod loco ad iustitiam inter ipsum et abbatem de Casa Dei[2] discernendam constituto admonitus non interfuit. Ad quem, sicut ipse dicit, venire non contempsit, sed propter discordiam, quę inter comites illius patrię fuit, non ausus est. Proinde quia nos illius causam nec pleniter scimus nec absente altera parte iudicare debemus[3], eam fraternitati tuę remittimus, ut statuto utrique parti congruo loco et termino ad finem, quem iustitia dictaverit, eorum causam perducas. Volumus tamen, ut pro amore beati Petri, a quo sine misericordia nemo regredi debet, in quantum cum iustitia poteris, istum misericorditer tractes atque in mansuetudine tua is sentiat se non frustra tantum laborem ad apostolicam sedem sumpsisse. Interim etiam dignum videtur et volumus, ut, nisi hoc ad iustitiam exequendam impediturum esse pro certo cognoveris, officium sibi sueque ecclesię reddas, quatinus in hoc quoque apostolicę sedis auxilium petiisse non eum peniteat.

Preterea idem iste frater retulit nobis se causam, quam cum quibusdam monachis habebat, ad audientiam tuam detulisse. Cuius rei examinationem, quoniam prefati monachi

---

1) *S. n. 18.* 2) *Siguin von Chaise-Dieu, Diöz. Clermont.* 3) *Vgl. dazu lib. I, 63 S. 92 A. 3, lib. II, 4 S. 129 A. 1.*

privilegium venerandę memorię Alexandri[1] predecessoris nostri pretendebant, nolueris facere. Quapropter quia prephato antecessori nostro a malitia quorundam, sicut ipse nosti, nonnumquam subreptum est, religioni tuę precipimus, ut nihilo minus causam ipsam discutias et, si privilegium contra iustitiam factum esse deprehenderis, eo cassato[2], quicquid ęquitas postulaverit, exequi nostra auctoritate fultus non dubites. Quicquid autem super his diffinieris, nostrę intelligentię studeas indicare.

## IX, 20.

*Gregor VII. mahnt Erzbischof L(anfranc) von Canterbury an die längst versäumte Pflicht der visitatio ad limina und setzt ihm einen Termin von vier Monaten, bis zum 1. November, (1082 Mai — Juni)[3].*

*R f. 225:* < liber VIIII > < n. 20 >.

*Editio Romana (1591) 3, 868 n. 20. Mansi, Conc. coll. 20, 355 n. 20. Migne, Patr. lat. 148, 621 n. 20. Jaffé, Bibl. 2, 494 n. 43 (20). — Jaffé, Reg. 5228 (3941).*

< **Cantuariorum archiepiscopo** >

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei L.[4] Cantuariorum archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Sępe fraterni | tatem tuam apostolica legatione invitavimus *f. 225'.* Romam venire etiam pro fidei et religionis christianę comprobatione. Quod hucusque, sicut apparet, aut superbe aut negligenter[a] nostra habutens[b] patientia distulisti[c]. Non enim labor aut difficultas itineris te sufficienter excusat, cum satis notum sit multos longe remotos, licet corpore invalidos et infirmos et a lectulis vix valentes surgere, tamen beati Petri amore flagrantes ad eius limina vehiculis properare. Quare apostolica tibi auctoritate precipimus, ut postposita occasione vel inani formidine datis[d] indutiis quattuor mensium[d]

---

**20.** a) i *korr. aus* e *R.* b) h *nachträglich durch Rasur getilgt R.* c) *Nachträglich ist teils am Rand, teils über Rasur von* -tulisti, *teils über der Zeile hinzugefügt* cum nec etiam canonicam excusationem pretenderis *R; vgl. Peitz S. 86, II S. 150. Ob dieser ursprünglich an falscher Stelle eingereihte (s. unten N. i), dort gestrichene und hier eingesetzte Satz wirklich hierher gehört, muß dahingestellt bleiben. Anscheinend handelt es sich, wie schon die Änderung von* pretendisti *in* pretenderis *zeigt, nur um eine Konjektur des Registrators bei Überprüfung der Abschrift.* d—d) datis — mensium *auf Rasur R.*

1) *Nicht erhalten.* 2) *Vgl. dazu lib. VI, 2 S. 393 A. 2.* 3) *Das ungefähre Datum ergibt sich aus der Fristsetzung.* 4) *Lanfranc, vgl. lib. VI n. 30.*

postquam hęc nostra mandata ad notitiam tuam pervenerint, in presentis anni festo Omnium Sanctorum[1] Romę adesse procures et satagas et inobędientię tuę reatum per tantum temporis supportatus emendare non ulterius negligas. Quodsi nec adhuc te mandata apostolica moverint[e], sed ea dissimulans in contemptu durare malueris[f] et periculum inhobędientię[g] incurrere non herubueris[g], quod est quasi scelus idolatrię testante beato Samuhele[h. 2], a beati Petri gratia scias te procul dubio removendum et eius auctoritate omnino feriendum[i], ita videlicet, ut, si intra prefixum spatium ad nos non veneris, ab omni sis officio episcopali suspensus. *cf. 1. Reg. 15, 23.*

## IX, 21.

*Pastoral- und Trostschreiben an alle Getreuen des apostolischen Stuhles.* *(1082).*

*R f. 225′:* <liber VIIII> <n. 21>.

*Editio Romana (1591) 3, 869 n. 21. Mansi, Conc. coll. 20, 355 n. 21. Migne, Patr. lat. 148, 622 n. 21. Jaffé, Bibl. 2, 495 n. 44 (21). — Jaffé, Reg. 5229 (3942).*

**<Universis episcopis et clericis apostolice sedi fidelibus>**

★ **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis abbatibus clericis et laicis apostolice sedi fidelibus salutem et apostolicam benedictionem.

Scimus, fratres carissimi, quia tribulationibus et angustiis nostris compatimini et in vestris orationibus ante Deum memoriam nostri[a] habetis. Quod idem nos erga vos agere non dubitetis, et merito, nam apostolus dicit: ‘Si patitur unum *1. Cor. 12, 26.*

---

e) -rint *auf Rasur R.* f) -alueris *auf Rasur R.* g) h *nachträglich durch Streichung getilgt R.* h) *Es folgt* auctoritate apostolica officium tibi pontificale interdicimus, quousque te Romanę sedi satisfacturum presentaveris, *nachträglich durchstrichen R, vgl. Peitz S. 86, II S. 149 f. Der Satz war offenbar in der Konzeptvorlage zugunsten des folgenden getilgt, was der Registrator zunächst übersah.* i) *Es folgt* cum nec etiam canonicam excusationem pretendisti, *nachträglich durchstrichen R, vgl. oben N. b.*

**21.** a) *Am Rande nachgetragen R.*

1) *1. November.* 2) *Eins der häufigsten Bibelzitate bei Gregor, vgl. lib. II, 45, 66, 75, IV, 1, 2, 11, 23, 24, VI, 10, 11, VII, 14a, 16, 24, VIII, 15, 21, IX, 35 (Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 196).*

membrum, compatiuntur et cetera membra.' In hoc etiam credimus caritatem Dei diffusam in | cordibus nostris, quia *f. 226* omnes unum volumus unum desideramus et ad unum tendimus. Unum volumus, videlicet ut omnes impii resipiscant et ad creatorem suum revertantur; unum desideramus, scilicet ut sancta ęcclesia per totum orbem conculcata et confusa et per diversas partes discissa ad pristinum decorem et soliditatem redeat; ad unum tendimus, quia, ut Deus glorificetur in nobis et nos cum fratribus nostris, etiam cum his, qui nos persecuntur, ad vitam ęternam pervenire mereamur, ex- *cf. 1. Jo. 3, 13.* optamus. Nolite mirari, fratres carissimi, si odit vos mundus; quia et nos ipsi eum contra nos irritamus, qui illius desiderio valde contradicentes opera illius condemnamus. * Quid autem mirum, si principes mundi et potentes seculi nos pauperes Christi[1] pravitatibus illorum obviantes odiunt et quadam indignatione contra nos deseviunt, cum aliqui subiecti vel etiam servi iussi suas iniquitates relinquere conantur prepositorum suorum vitam auferre. Et tamen adhuc usque ad sanguinem rari ex nostris impiis restiterunt *cf. I, 23, 46, III, 18, VII, 11, 14a.* et, quod omnino erat optandum, paucissimi nostrum pro Christo mortem subierunt. Pensate, carissimi, pensate, quot *cf. VIII, 21.* cotidie milites seculares pro dominis suis vili mercede inducti *cf. III, 4, 18.* morti se tradunt. Et nos quid pro summo rege et sempiterna gloria patimur aut agimus? Quale dedecus et quale improperium qualisque derisio oculis nostris obicitur, quod illi velut pro vili alga[2] mortem subire non metuunt et nos pro cęlesti thesauro et[b] ęterna beatitudine etiam persecutionem pati devitamus. Erigite ergo animos in vires, spem vivam concipite illud vexillum pre oculis habentes ducis nostri, *Luc. 21, 19.* scilicet regis ęterni, unde ipse dicit: 'In patientia vestra possidebitis animas vestras.' Et si volumus divina suffragante gratia hostem antiquum cito et fortiter confringere omnesque versutias eius parvipendere, studeamus persecutiones ab eo inmissas et mortem pro iustitia non solum non devitare, sed etiam pro amore Dei et christianę religionis defensione appe- *cf. Ps. 92, 4.* tere. In hoc enim omnes elationes maris et superbiam seculi *cf. VIII, 21.* * conculcabimus et pro nihilo ducemus et ei, qui est | caput *f. 226'.* nostrum sedens in dextera Dei patris ipso largiente iungemur

---

*—* *Am Rand ein Notazeichen des 12. Jahrh.*

b) *Über der Zeile hinzugefügt R.*

1) *Vgl. lib. I, 84 N. d.* 2) *Vgl. Vergil Ecl. 7, 42, Horaz Satir. 2, 5, 8, Ovid. epist. 17, 108, Met. 14, 83.*

et conregnabimus. Clamat enim magister noster: 'Si compatimur, et conregnabimus.' Interea vobis, fratres mei, qui mecum minus valentes estis ad fortiora bella certaminis, annuntiamus, quia pius redemptor noster cito faciet in temptationibus nostris etiam proventum, ne nimia fragilitate devicti non possimus sustinere, sed inter qualescumque suorum fidelium positi addiscamus vel in prosperitate sibi servire. *cf. 2. Tim. 2, 12.* *cf. 1. Cor. 10, 13.*

## IX, 22.

*Doppeleintragung von lib. VIII n. 16.*

*(Rom, 1080) Dezember 23.*

*R f. 226′:* <liber VIIII> <n. 22>.

**<R. et B. nobilibus comitibus>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei R. et B. nobilibus comitibus salutem et apostolicam benedictionem. *f. 227.* Quantum domus — | — eosque exaltare. Data X. Kalendas Ianuarii[a].

## IX, 23.

*Gregor VII. mahnt den Grafen C. zur Buße. (1082)*[1].

*R f. 227:* <liber VIIII> <n. 23>.

*Editio Romana (1591) 3, 700 [l. 870] n. 22. Mansi, Conc. coll. 20, 356 n. 22. Migne, Patr. lat. 148, 623 n. 22. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 610 n. 75 (zu 1077). Jaffé, Bibl. 2, 496 n. 45 (22). — Jaffé, Reg. 5230 (3943).*

**<C. glorioso comiti>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei C. glorioso comiti[a. 2]

---

**22.** a) *Am Rand:* Ista eadem epistola et sub eadem data de verbo ad verbum est superius inserta libro 8. epistola 16., *von Hand des 15. Jahrh., vgl. Peitz S. 329 A. 3, N. A. 38, 169 N. 5; fehlt in T.*

**23.** a) *Am Rand:* Hec similiter epistola debuit in superioribus scribi, *von gleichzeitiger Hand, vielleicht des Kanzlers Petrus, vgl. N. A. 38, 162 A. 1, Peitz S. 329 A. 2, II S. 159 A. 3.*

1) *Daß der Brief wegen Nennung Hugos noch als Bischof von Die vor n. 13 gehört, erkannte schon ein gleichzeitiger Korrektor (s. N. a).*

2) *Sämtliche Ausgaben vor Jaffé bieten in der Adresse:* C. glorioso comiti Andegavensi, *eine auf Vergleichung mit dem folgenden Brief beruhende, irrige Konjektur. Aber auch Jaffés Deutung auf Graf Centullus von Béarn (vgl. lib. VI, 20) trifft auf schwere sachliche Bedenken, da dessen Ehehandel bereits 1079/80 durch eine zweite Ehe aus der Welt geschafft war und für ihn die nächste zuständige Legateninstanz Amatus v. Oleron und nicht, wie hier, Hugo v. Die gewesen wäre, vgl. Degert in Revue des questions hist. 84, 56 ff. Man muß daher darauf verzichten, die Persönlichkeit des Adressaten zu bestimmen.*

Dolemus satis, quod adversus gloriosam famam tuam per Galliarum partes diffusam et usque ad apostolicę sedis notitiam perlatam astutia diaboli potuit prevalere. Sicut enim de te lętabamur et quodammodo unice de bonis studiis tuis in sermonibus nostris presumebamus asserentes te non solum principes sed et ipsos reges iustitia et morum honestate superare, sic nobis gemendum videtur prudentiam tuam a tanta gratia et a tanto virtutum culmine decidisse. Qua in re antiquam hostis humani fraudem recognoscimus nequissime elaborasse, ut, qui Adam per mulierem de paradyso expulit, te per eundem sexum eadem gloria et huius vitę laudabili fama privaret et multa bona tua isto deceptionis suę genere confunderet. Cuius rei gratia ab episcopo tuo correptus et excommunicatus, ut a tanto periculo te et coniunctam tibi erueres et domum tuam a perpetua infamia liberares, non solum Deo et iustitię de perpetrato crimine non[b] satisfecisti, sed et ipsum episcopum, cui, etiam si iniustam sententiam super te dedisset, obędire debueras, contra morem ęquitatis tuę tyrannice insecutus es; cum constet aliquem amorem Dei non posse habere, qui spiritalis patris pro culpa inobędientię suę gratiam et dilectionem probatur amisisse[c]. Quod nos audientes victi amore tuo, memores etiam virtutum tuarum[d], que a religiosis viris nobis insinuatę fuerant, usque modo te portavimus sperantes, ut divina tactus illustratione ad sanum consilium redires | et ęterno regi, cuius iudicio cotidie pro- *f. 227'.*
pinquas, te purgatum presentare contenderes. Et[e] quia[e] in hoc amorem seculi magis quam anime tuę salutem perpendisti, veremur, ne divina indignatio diu protractum et inemendatum facinus acriter puniat. Unde paterna te caritate monemus, ut ab hac iniquitate, quę bonorum tuorum fructus universaliter dissipat, sapienti usus consilio, surgas et tam te quam tibi coniunctam de catena diaboli eruas. Quodsi innocentiam tuam super hoc negotio confidis posse probari, videtur nobis perutile, ut synodus constituatur, cui legati nostri H.[1] Diensis episcopus et Ricardus[2] vel alter eorum intersit[3], ut in audientia religiosorum virorum possit perquiri, quid in te vel sententia super te promulgata debeat emendari. Deus scit et conscientia[f] nostra testis est, quia mens nostra multum *cf. II, 5, V, 13, VII, 23.*

b) *Über der Zeile hinzugefügt R.* c) *Korr. aus* amississe *R.* d) a *korr. aus* o *R.* e) Et qui- *auf Rasur R.* f) a *korr. aus* ę *R.*

1) *Hugo.* 2) *Vgl. lib. VIII, 25, IX, 6.* 3) *Die Erwägungen von Brial l. c. und Lühe, Hugo v. Die, Diss. Straßburg 1898 S. 142 darüber, welche Synode gemeint sei, sind gegenstandslos, sobald die Identifikation des Adressaten mit Fulco v. Anjou resp. Centullus v. Béarn in Fortfall kommt.*

gauderet de te, utpote quem iam pridem sincero et pleno amore dileximus, si ab hac infamia quoquo[g] modo te liberares et aditum ledendi te per fructum correctionis hosti antiquo concluderes. Munera tua ideo recipienda non esse * arbitrati sumus, quia divinis oculis oblatio tua non acceptabilis esse probatur, quandiu a peccato isto inmunem te non reddideris et ad gratiam omnipotentis Dei, sicut catholicum * principem decet, non redieris. Licet munera tua propter illud peccatum non receperimus[h], tamen Dei misericordiam pro te exorare non desistemus. De cetero nobilitatem tuam monemus atque precipimus, ut prefato episcopo tuo res quas[i] sibi abstulisti restituens digne satisfaciendo eum placare procures ac deinceps eum nullatenus inquietare presumas.

## IX, 24.

*Gregor VII. warnt Clerus und Volk von Tours und Angers, mit dem gebannten Grafen (Fulco) von Anjou Gemeinschaft zu halten und befiehlt ihnen, dem von Fulco verfolgten und vertriebenen Erzbischof (Rudolf) von Tours Gehorsam zu wahren. (1082—3.)*

*R f. 227': <* liber VIIII; *> <* n. 24 *>.*

*Empfängerüberlieferung: Cod. Paris. lat. 1458 (Colbert. 2576) 12. Jahrh. (cf. Wolf v. Glanvell, Die Kanonessammlung des Kard. Deusdedit, Einl. p. XXV ff.) f. 161, cf. Brial in Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 654 N. a, Analecta iuris pontificii 10, 416 n. 54.*

*Editio Romana (1591) 3, 871 n. 23. Mansi, Conc. coll. 20, 357 n. 23. Migne, Patr. lat. 148, 624 n. 23. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 654 n. 145. Jaffé, Bibl. 2, 498 n. 46 (23). — Jaffé, Reg. 5231 (3944).*

**< Universis clericis Turonensis archiepiscopatus >**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei abbatibus clericis et laicis Turonensis[a] archiepiscopatus et episcopatus Andegavensis, qui Deo et beato Petro atque sedis apostolicę legatis obediunt, salutem et apostolicam benedictionem.

Notum vobis esse non dubitamus Andegavensem comitem[1]

---

*—* *Am Rand ein Notazeichen des 12. Jahrh.*

g) quo- *über der Zeile hinzugefügt.* h) *Das zweite* e *korr. aus* i *R.* i) *Davor* si *getilgt R.*

**24.** a) o *korr. aus* i *R, vgl. Peitz S. 329 A. 7.*

*Empfängerüberlieferung:* 29 abbatibus] clericis sancti Mauricii abbatibus

1) *Fulco IV., 1060—1109; die Exkommunikation wurde von seiten Erzbischof Rudolfs v. Tours beantragt durch einen Boten in einer Verhandlung*

ob nequitiam suam esse excommunicatum, quam etiam in eos, qui sibi adherent et favent, extendi cunctis sacram scripturam[1] | scientibus liquet. Qui iam diu expectatus non solum *f. 228.* de via sua pessima ad Deum, sicut christianum oportet, non est conversus, sed insuper ad augmentum malitię suę aliis item excommunicatis coniunctus fratrem nostrum Turonensem archiepiscopum[2] de sede sua expulit[3] bonisque ecclesię penitus expoliavit[b]. Proinde apostolica vobis auctoritate precipimus, ut tam a prefato comite quam et ab omnibus sequacibus vel complicibus eius vobis summopere caveatis omnino vos abstinentes a familiaritate et participatione ipsorum[c]. De predicto vero fratre nostro archiepiscopo, qui propter iustitiam pulsas[d] et persecutionem perpessus est, vobis nihilo minus precipientes mandamus, ut ei sicut patri vestro fideliter devoteque obediatis ac necessitatibus ipsius sicut boni filii[e] libenter[f] opitulari[f] studeatis. Quemadmodum namque sępedicto comiti faventes in se Dei odium[g] procul dubio provocant, ita et huic fratri nostro, in quibus necesse est, suffragantes non dubię gratiam beati Petri suorumque peccatorum absolutionem merentur.

*cf. Matth. 5, 10.*

---

b) v *korr. aus* b *R.* c) ips- *auf Rasur R.* d) *Die Edd. seit Mansi korr. mit Unrecht* pulsus. e) *Korr. aus* filiis *R.* f) *Durch Umstellungszeichen korr. aus* opitulari libenter *R.* g) *Korr. aus* odii *R.*

*Empfängerüberlieferung:* 20 B.] Bartholomaeo

*vor Gregor VII. am 29. Juni 1081, vgl. den aus dem Archiv von St. Martin in Tours stammenden Bericht (ed. Gallia christ.[1] 1 (1656) p. 762, vgl. Mabille, La pancarte noire de St. Martin de Tours restituée (1866) p. 135 n. 128, p. 195 n. 183); daß die Exkommunikation auch ausgesprochen wurde, wie aus unserem Brief hervorgeht, verschweigt der Rodulf feindliche, parteiische Bericht von St. Martin.*

1) *Vgl. Rom. 1, 32:* digni sunt morte, et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. 2) *Rudolf, vgl. lib. VI n. 35.* 3) *Vgl. den S. 605 A. 1 zitierten Bericht:* ut excommunicaret *(Gregor VII.)* clerum b. Martini et comitem Fulconem Andegavensem cum Turonico pago et Andegavino, pro eo quod eum expulerat de archiepiscopatu suo, in quem non legitime nec canonice intronizatus fuerat. — *Der Bericht bringt, wie nebenher erwähnt sei, eine bisher unbeachtete Notiz zu Gregors Lebensgeschichte. In der Verhandlung, wo* quidem Gratianus palatinus laicus, qui propter optimum ingenii animum apostolico carus et acceptus multa et familiariter agebat cum eo, *den Anwalt für die Vertreter des Martinsklosters macht, erklärt der Papst weiterhin:* Ego autem memini aliquando tempore Victoris papae Turoni moras fecisse in diebus Bartholomaei ipsius urbis archiepiscopi ad discutiendam causam fratris nostri B. et me honeste a clericis s. Martini esse susceptum.

Preterea precipimus nominatim B. venerabili abbati sancte M.[1], ut litteras nostras[2] canonicis sancti Martini[3], quas eis dirigimus, ferat.

## IX, 25.

*Gregor VII. verspricht dem Grafen R(oger I. von Sizilien) seine Bitte in betreff des (neu zu gründenden) Bistums Mileto zu erfüllen, wenn das Rechtsverhältnis des Orts zur Kirche von Reggio geklärt worden sei, und gewährt die Weihe des Bischofs von Troina. (1081 vor Febr. 4.)*[4]

*R f. 228:* <liber VIIII> <n. 25>.

*Editio Romana (1591) 3, 872 n. 24. Mansi, Conc. coll. 20, 358 n. 24. Migne, Patr. lat. 148, 625 n. 24. Jaffé, Bibl. 2, 499 n. 47 (24). — Jaffé, Reg. 5233 (3946).*

<**R. nobili comiti**>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei R. nobili comiti[5] salutem et apostolicam benedictionem.

Non dubitet[a] prudentia tua nos libenter petitioni suę favere, in quantum cum Deo et sine fratrum nostrorum scandalo fieri potest. Non est enim aliqua secularis apicis persona, cui salva iustitia pronius assensum nostrum prebere velimus.

---

25. a) -et *in Korr. auf Rasur R.*

*Empfängerüberlieferung:* 1 sanctę M.] Maioris Monasterii nostras] nostras per veram obedientiam *(vgl. lib. II, 10, V, 5, VI, 11, IX, 3, 35)* 2 Martini] Mauricii. *Die beiden Varianten, die Saint-Maurice nennen, scheinen Verfälschungen durch Einschub, resp. Änderung zu sein. Daß an der zweiten Stelle* s. Martini *zu lesen ist, ergibt sich aus JL. 5232. Die Überlieferung des Cod. Paris geht auf das verlorene Chartular von St. Martin de Tours zurück, vgl. Mabille, La pancarte noire de St. Martin de Tours restituée (Tours 1866) p. 194 n. 181.*

1) *Brial vermutet Ste. Marie in Noyers, Diöz. Tours; die an anderen Stellen verfälschte und deshalb auch hier mit Vorsicht zu benutzende Empfängerüberlieferung nennt Marmoutier-les-Tours.* 2) *JL. 5232.* 3) *St. Martin in Tours.* 4) *Der Terminus ad quem für die Datierung ist durch JL. 5198 gegeben, vgl. S. 608 A. 3. Die Daten dieser Bulle* (pridie non. Febr. anno VIII. pontificatus d. Gregorii pape indictione III) *stimmen zwar nicht zusammen, doch liegt der Fehler offenbar in der Indiktion (statt* III*), und der Ansatz zu 1081 ist so gut wie sicher (so auch JL. 5198), zu einem späteren Jahr jedenfalls unmöglich. Der Brief ist im Register also an viel zu später Stelle eingereiht, er gehört vermutlich noch vor die Fastensynode lib. VIII, 20a. Aus rein äußerlichen Gründen mag das Konzept zu den anderen auf Süditalien bezüglichen (n. 26. 27) gelegt worden sein.* 5) *Vgl. lib. III n. 11.*

De eo autem, quod super electo Melitensi[1] postulasti, noverit nobilitas tua nobis esse intimatum ad ius ecclesię Regitanę[2] pertinere[3]. Unde non aliter annuendum postulationi tuę perpendimus, nisi diligenter examinata iustitia Melitensem ecclesiam ad prefatę Regitanę parroechię consecrationem non attinere constiterit. Ad cuius rei indagationem, quia te diligimus, sine temporum molesta dilatione copiam tibi providimus, videlicet ut accersitis et invitatis fratribus nostris Barensi archiepiscopo V.[4] et W. Fir|mano[5] episcopo *f. 228'.* et legato nostro W., si fieri potest cum his tribus[b], alioquin vel horum duobus presentibus, causa in commune discutiatur. Si ergo causa sollerter eventilata ab illius potestate inventa fuerit libera, tunc nos, sicut oportebit, effectum dare precibus tuis non pigritabimur; sin autem, decet atque necesse est, ut sic tua[c] devotio in his precipuę, quę Dei sunt, sese ęqualiter habeat, quatinus fraternę caritatis et concordię vinculum rumpere et dilectionis unitatem in invicem scindere caveat *Gen. 4, 7.* in mente habens, quod scriptum est: 'Si recte offeras et recte non dividas, peccasti.'

De cetero, quia Traianensem electum[6] a nobis consecrari postulas, licet electioni eius hoc defuerit quod legatus apostolicę sedis et consensus noster non affuit, tamen monentes, ne de futuro id fiat, tuę dilectioni ipsiusque persone laudabili testimonio id ad presens annuimus, ut veniens Deo favente per nos consecretur.

---

b) *Von andrer Hand über durchstrichenem* omnibus *R;* his tribus *T.*
c) *Über der Zeile hinzugefügt R.*

1) *Mileto.* 2) *Reggio-Calabria.* 3) *Worin die Bitte Rogers bestand, ergibt JL. 5198, nämlich in päpstlicher Weihe des ersten Bischofs Arnulf v. Mileto nach erfolgter Translation des Sitzes Vibona-Tauriana. Die Bulle berichtet von der offenbar nach Behebung der hier erwähnten Schwierigkeit vollzogenen Weihe Arnulfs durch den Papst und der auf Rogers Bitte von ihm genehmigten Translation des Sitzes. — Vgl. auch Rogers nachfolgendes Diplom von 1087 (Ughelli Italia sacra 1, 943 und Urbans II. Bestätigung JL. 5489.* 4) *Ursus 1078—89.* 5) *Die Identifikation dieses Bischofs ist sehr unsicher, vgl. Kehr, Italia pontificia 4, 137 n. 11 A., Schwartz, Bistümer Reichsitaliens S. 235, 336.* 6) *Troina in Sizilien, Robert; über Rogers in diesem Fall eigenmächtiges Vorgehen vgl. Caspar, Roger II. Exk. S. 601 ff.*

## IX, 26.

*Gregor VII. belobt Erzbischof H(erveus) von Capua und die andern Bischöfe des Prinzipats wegen ihrer kirchentreuen Haltung, mahnt sie zum Ausharren und gestattet ihnen, in Gefahren das Gebiet der treuen Normannenfürsten oder der römischen Kirche aufzusuchen. (1082.)*

*R f. 228′:* <liber VIIII> <n. 26>.

*Editio Romana (1591) 3, 873 n. 25. Mansi, Conc. coll. 20, 359 n. 25. Migne, Patr. lat. 148, 626 n. 25. Jaffé, Bibl. 2, 500 n. 48 (25). — Jaffé, Reg. 5234 (3947).*

<Capuano archiepiscopo>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo fratri H.[1] Capuano archiepiscopo ceterisque Principatuum episcopis, qui beato Petro obedientes christianam religionem constanter defendunt, salutem et apostolicam benedictionem.

Congratulamur dilectioni vestrę, fratres carissimi, quoniam digni inventi estis, qui pro christianę religionis integra virtute fortique constantia inimicitias odium et contumelias patiamini, ac optamus, ut et de reliquo immobili robore perseveretis non modo vos ab illicita et nefaria excommunicatorum participatione abstinentes sed et ceteros sacerdotes ab eorum communione interdicentes. Si qui vero fuerint, qui contra interdictum vestrum et nostrum contumaciter missas et officia illis divina celebrare subinde presumpserint, pro certo habeant tales annuente Deo sacris se[a] ministeriis, quę indigne usurpare non metuunt, in perpetuum abdicandos et sine spe recuperationis amovendos. De cętero si quis
*f. 229.* vestrum | impiorum[2] pressuram ferre non valens cupit secedere, nobis non displicet. Huiusmodi ergo vel in potestatem ducis[3] gloriosi vel fratris eius[4] poterit ire, aut, si ad nos venire maluerit, nos caritate qua debemus eum[b] libenter suscipiemus. Qui vero aliis exemplum factus fortiter inter impios perseveraverit, ille procul dubio virtutis coronam gloriœque triumphum merito maiorem Domino largiente percipiet.

---

**26.** a) *Über der Zeile hinzugefügt R.* b) *Über der Zeile hinzugefügt R;* eum *T.*

1) *Herveus c. 1073—1088.* 2) *Fürst Jordan von Capua hatte sich Ostern 1082 Heinrich IV. angeschlossen.* 3) *Robert Guiscards. Sander, Kampf Heinrichs IV. und Gregors VII. S. 111 A. 1 schließt aus diesen Worten, daß der Brief nach Roberts Rückkehr aus Griechenland (Mai 1082) geschrieben sei.* 4) *Graf Rogers I. von Sizilien.*

## IX, 27.

*Gregor VII. fordert den Erzbischof J(ohann) von Neapel auf, den magister militum (Sergius VI.) von der Hilfeleistung für den gebannten Feind der Kirche Fürst Jordan von Capua abzumahnen. (1082 nach Juni 24.)*

*R f. 229:* <liber VIIII> <n. 27>.

*Editio Romana (1591) 3, 873 n. 26. Mansi, Conc. coll. 20, 359 n. 26. Migne, Patr. lat. 148, 627 n. 26. Jaffé, Bibl. 2, 501 n. 49 (26). — Jaffé, Reg. 5235 (3948).*

**<I.[a] Neapolitano archiepiscopo>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei I.[b. 1] Neapolitano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Non ignorat prudentia tua nobis imminere, ut omnibus et ubique salutaria consilia provideamus et monita vel interdicta, prout res postulare videtur, cunctis exhibere debeamus. Preterea[c] non latere te volumus[c], ex quo carissimus noster[d] Salernitanus princeps[2] noviter rediit, nos et nobilissimum magistrum militum[3] et maiores atque minores vestrę urbis quodammodo specialiter cepisse diligere. Unde[e] modo valde magis dolemus[e], quia eos auxilium dare hominibus pravis et ab ęcclesia atque a Deo separatis audivimus. Nam relatum est nobis, quod Iordani[4], qui scienter periurus beato Petro et nobis et ob hoc anathematis nodis ligatus est[5], adiutorium faciant. Quę res illos procul dubio et a gratia beati Petri alienos et dilectione nostra indignos[6] efficit et, nisi resipiscentes desinant, ęternis pęnis obnoxios reddet[f]. Proinde fraternitati tuę precipimus, ut prefatum magistrum militum omnesque tibi commissos admoneas et pontificalis censurę disciplina prohibeas et interdicas, ut tam a prefato Iordane quam et a ceteris illius complicibus sese abstineant illique nullum prorsus auxilium tribuant, donec beato Petro satisfecerit, quem periurio abnegavit. Si quis ergo nec consiliis tuis nec preceptis nostris nec auctoritati beati Petri obtemperans in fidelitate | vel adiutorio illius mortuus fuerit, pro illo *f. 229'.*

---

27. a) *Korr. aus* R. *R.* b) *Es folgt* fratrı̄, *durch Rasur getilgt R (vgl. Peitz S. 329 A. 8); fehlt in T.* c—c) *Auf Rasur R.* d) nr̄ *korr. aus* m *R.* e—e) *Auf Rasur R.* f) *Das zweite* e *korr. aus* i *R.*

1) *Iohann.* 2) *Gisulf II., vgl. lib. VIII n. 23.* 3) *Sergius VI.* 4) *Fürst v. Capua, vgl. lib. VIII n. 7.* 5) *Am 24. Juni 1082, vgl. Sander S. 122, Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 452.* 6) *Vgl. lib. VII, 20 S. 504 A. 6.*

certum est non esse orandum; et nos etiam iubemus, ut nec sepulturę christiano more commendetur. Timendum[g] quoque est, ne, si ab illo animum non revocaverint, divinę ultionis iram ipse locus vester experiatur.

## IX, 28.

*Gregor VII. fordert von dem Kardinal Hermann ein Gutachten über den erwählten Bischof vou Corsica. (1082.)*

*R f. 229': <liber VIIII> <n. 28>.*

*Editio Romana (1591) 3, 874 n. 27. Mansi, Conc. coll. 20, 360 n. 27. Migne, Patr. lat. 148, 627 n. 27. Jaffé, Bibl. 2, 502 n. 50 (27). — Jaffé, Reg. 5236 (3949).*

**<Hermanno sancte Romane ecclesie cardinali>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei Hermanno dilecto in Christro fratri, sanctę Romanę ęcclesię cardinali, salutem et apostolicam benedictionem.

Gratias omnipotenti Deo, bonorum omnium largitori, referimus, qui te illorum consortio annumerare dignatus est, de quibus scriptum est: 'Quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.' *Act. 5, 41.* Hoc est, dilectissime frater, quod sępe legeras: 'Vasa figuli probat fornax'; *Eccli. 27, 6.* et illud[1]: 'Innocentiam Abel habere non potest, quem malitia Cain non exercet.' Hęc denique et alia huiusmodi nunc in manibus geri patenter intelligit prudentia tua, perpendit[a] etiam, quod ab ea exigitur, nec ignorat, quid sibi pro talibus in fine debetur. Quapropter ut sollertię tuę bręviter loqui sit multa dixisse, admonemus id quod memorię tuę semper adesse putamus, videlicet ut Veritatis sententiam quasi signaculum super cor tuum ponas: 'In patientia vestra possidebitis animas vestras.' *Luc. 21, 19.* Ea est enim iustitię consolidatio fidei stabilimentum spei securitas caritatis indissolubile vinculum, consummatio nempe virtutum.

De cetero quoniam Corsicanus electus ad consecrandum nuper advenit, fraternitatis tuę testimonio, que rem illius, ut arbitramur, clarius novit, super eo indigemus. Cum enim

---

g) i *korr. aus* a *R.*

28. a) *Es folgt* et *durchstrichen R.*

1) *Vgl. Gregorii I. Moral. lib. XX c. 39 n. 75. (Migne 76, 183), In Evang. lib. II homilia 38, 7 (l. c. p. 1286), In Ezech. lib. I hom. 9, 22 (l. c. p. 881).*

nobis electio illius incognita sit et persona, oportet profecto non ei temere manum inponi. Proinde, frater, ut de eo quid faciendum sit scire valeamus, volumus et iubemus, quatinus veritatis indicium super ipso nobis destinare procures. Esto memor memoris. Ora pro nobis.

## IX, 29.

*Gregor VII. erklärt sich allen nicht gebannten Geistlichen und Laien gegenüber bereit, eine Synode zu berufen und auf ihr die gegen die römische Kirche erhobenen Vorwürfe zu entkräften; er bestreitet, die Erhebung des Gegenkönigs Rudolf befohlen zu haben und fordert alle auf, für das Zustandekommen der Synode zu wirken. (Sommer 1083.)*[1]

*R f. 229r:* <liber VIIII> <n. 29>.

*Editio Romana (1591) 3, 874 n. 28. Mansi, Conc. coll. 20, 361 n. 28. Migne, Patr. lat. 148, 628 n. 28. Jaffé, Bibl. 2, 503 n. 51 (28). — Jaffé, Reg. 5237 (3950). — Vgl. Meyer v. Knonau, Jahrb. 3, 491 ff. Sander, Kampf Heinrichs IV. und Gregors VII. S. 211 ff.*

**<Clericis et laicis qui non tenentur excommunicatione>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei clericis et laicis, qui non tenentur excommunicatione, salutem et apostolicam benedictio|nem. f. 230.

Notum facimus vobis, carissimi fratres et filii, nos admodum desiderare et apostolica auctoritate velle sancire, ut generalis synodus congregetur in loco tuto et securo sicque oportuno, ut ad eum possint undique terrarum clericalis ordinis et laicalis amici vel inimici sine timore convenire. Disponimus enim tractare et diligenti discussione detectum in faciem orbis ex occultis tergiversationum suarum[a] antris extrahere quicumque ille est, qui tantorum malorum, quę iam pridem in christianam religionem crassantur et seviunt, causa et auctor existit. Cuius etiam inpietas et inaudita temeritas hactenus obstitit et proturbavit, ne inter pontificatum et regnum divina pax et recta concordia fieret; quam pacem opitulante Domino, sicut christiana devotio cupit et postulat, in eodem concilio instaurare et confirmare optamus. In qua synodo preterea Deo auctore ad honorem beati Petri secundum sanctorum patrum decreta parati erimus, quod iustum

---

29. a) suorum *R.*

1) *Zur Datierung vgl. Sander l. c. = Reuter, Diss. Greifswald 1913 S. 99 f. gegen Giesebrecht, Kaiserzeit[5] 3, 571, 1171, 1174 (1084) und Jaffé (1082?). Vgl. auch Hauck, Kirchengesch. 3[3.4] S. 31 A. 6.*

est, facere et iniquorum nequitiam revelantes de his, quę apostolicę sedi obiciuntur et unde quidam fratrum submurmurant[b], ipsius innocentiam evidenter ostendere[1], ita tamen, ut ante omnia res sanctę Romanę ecclesię, quibus expoliata cognoscitur, si[c] dignum est, restituantur[2].

Verum illud amodo vestrę dilectioni notificare non dedignamur Deo teste Rodulfum, qui rex ab ultramontanis ordinatus est, non nostro precepto sive consilio regnum tunc suscepisse[3]; insuper etiam nos in synodo[4] decernentes firmavisse, nisi archiepiscopi et episcopi, qui illum ordinaverant, hoc factum suum recte defendere potuissent, tam ipsos a dignitatibus suis quam et prefatum Rodulfum a regno deponere. Enimvero interim quis hanc nostram dispositionem[5] interturbaverit, et multi vestrum sciunt et nostram scientiam nequaquam fugere potest. Si enim Heinricus rex dictus et *f. 230'.* pars eius obedientiam, | quam promiserat nobis immo beato Petro, servasset, confidenter dico, Deo iuvante non tot mala, videlicet homicidia periuria sacrilegia symoniacę heresis pestilentię ac proditiones, evenissent.

*cf. II, 49, IV, 3. V, 10, 13, VII, 23.*

Vos itaque, quos aut tantę calamitates movent aut divini timoris respectus ad Deo dignam pacem et concordiam animat, nitimini et summopere laborate, ut synodus, qualem supra memoravimus, fieri possit, quatinus sanctę ecclesię caput totumque corpus, quod impiorum procellosis fraudibus et machinationibus fluctuat nimirum et titubat, communi omnium bonorum consensu et robore quiescat de cetero et stabiliter consolidetur.

---

b) b *nachträglich korr. in* m *R.* c) *Jaffé korr.* sicut.

1) *Das Manifest Heinrichs IV. an die Römer (Jaffé, Bibl. 5, 498 n. 9) hatte Anfang 1082 Gregor vorgeworfen, er weigere sich beständig, sich einer Synode zu stellen.* 2) *Die exceptio spolii (Ps. Isidori Decr. praef. c. 6 ed. Hinschius p. 18), die Gregor hier für sich in Anspruch nimmt, wurde nachmals von seinen Gegnern gegen die Bannung Heinrichs angerufen, vgl. Sdralek, Streitschriften Altmanns v. Passau S. 6ff.* 3) *Auch dieser Vorwurf findet sich in dem genannten Manifest. Vgl. dazu schon VII, 14a n. 7 S. 484:* sine meo consilio vobis testibus elegerunt sibi Rodulfum ducem in regem. 4) *Die folgende Sentenz findet sich wörtlich so in keinem der registrierten Protokolle, doch scheint die Fastensynode von 1078 (lib. V, 14a) gemeint zu sein. Vgl. lib. V, 15 S. 375 A. 2 und JL. 5106, dazu Martens, Gregor VII. Bd. 1, 150 sowie die nächste Anm.* 5) *Die auf der Fastensynode 1078 (lib. V, 14a) getroffene Anordnung eines Gesprächs unter Vorsitz päpstlicher Legaten zur Entscheidung zwischen Heinrich und Rudolf, vgl. auch lib. VII, 14a S. 485f. und Martens l. c. S. 194 A. 1.*

## IX, 29a.

*Graf B(ertrand) von Arles präsentiert Gregor VII. einen neuen Abt für Montmajour, nachdem der alte wegen Unwürdigkeit abgesetzt worden war, und bittet für ihn um Bestätigung und Privilegierung. (1082—83.)*

*[Fehlt jetzt in R, wo dies Einlaufsstück augenscheinlich auf einem losen Blatt beigelegen hatte, vgl. N. A. 38, 161.]*

*T f. 137' = Vall. hinter n. 29 eingereiht.*

*E = C hinter n. 31 eingereiht.*

*Baluze Miscellanea 7 (1715) p. 128 (aus T). — Gallia christ. 1, 606 aus Vall. = Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 657 n. 152. Mansi, Coll. conc. 20, 363 s. n. (aus E) = Migne, Patr. lat. 148, 631 s. n.*

Summo pontifici et universali pape G. Arelatensis comes B.[1] prosperari in omnibus et eterne perfrui beatitudinis munere cum celi civibus.

Sublimissime domine et princeps totius orbis terre, si bene valetis[a], congratulor valde, si autem, quod absit, aliter, conturbor vehementissime. Ego enim sum vestri servus et de iniusticia, quam actenus passus estis ab iniquo iudice, ita sum afflictus, quasi corpore et mente flagellis maximis verberatus. De cetero, pater sanctissime, mando tibi, qualiter Bermundus abbas sancti Petri et R.[b] Montis Maioris[2] ab abatia expulsus sit iuste et qualiter iste susceperit, quem tibi mitto, Guillelmus nomine. Ille erat tanti[c] namque flagitii[d] et tante impudicicie, quod pudet me alicui honesto viro dicere. Sed unum e pluribus nequeo tacere. Sodomitica quippe libido ultra modum in eum regnabat et inde ab ullo vivente corripi non poterat. Ego quoque et monachi supradicti loci detestabilem huiusmodi rem agnoscentes nequivimus diu pati, sed consilio invicem abito adivimus archipresulem Lugdunensis urbis[3], qui ei benedictionem tribuerat abbatis et eius consilio atque iudicio abbatiam quam ab[e] archiepiscopo Arelatensi a te anathemate percusso[4] symoniace[f] acceperat, amisit et hic[g] qui nunc preest paulo memorati pontificis decreto regulariter subrogatus est ei atque benedictionem ab eodem suscepit. Nunc ergo supplex imploro tui clementiam, ut propria manu abbatiam a te suscipiat et privilegia olim

---

**29a.** a) valens *T*; vales *E. Vall.* b) *So T = E (Romani?) vgl. unten N. i, k;* P. *(= Pauli) Vall.* c) tante *T.* d) flagiui *T.* e) *Über der Zeile hinzugefügt T.* f) *Durch Umstellungszeichen korr. aus* symoniace percusso *T.* g) hi *T.*

1) *Bertrand, vgl. n. 12a.* 2) *Montmajour, vgl. lib. VI n. 31, lib. IX n. 6.* 3) *Gebuin, vgl. lib. VI, 34, VII, 12.* 4) *Aicard, vgl. lib. VIII n. 20a.*

loco illi, qui est tue ditionis, a patribus indulta corrobores manu propria et novum sibi privilegium tui ex parte attribuas[h]. Noscis enim, quemadmodum dereliquerim Dei et sancti Petri et Ri.[i] ac tui pro amore omnes episcopatus et abbatias[1] et volo, ut hec que semper mansit libera, cuilibet viventi nisi sancto P. et Ro.[k] et tibi subiaceat. Valete.

## IX, 30.

*Gregor VII. befiehlt dem Legaten Kardinal Richard, das päpstliche Kloster Saint-Sernin in Toulouse gegen seine Widersacher zu schützen. (1082—83.)*[2]

*R f. 230': <liber VIIII> <n. 30>.*

*Editio Romana (1591) 3, 875 n. 29. Mansi, Conc. coll. 20, 361 n. 29. Migne, Patr. lat. 148, 629 n. 29. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 658 n. 153. Jaffé, Bibl. 2, 504 n. 52 (29). — Jaffé, Reg. 5238 (3951).*

**<R. sancte Romane ecclesie cardinali>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei R. sanctę Romanę ęcclesię cardinali et abbati Massiliensi[3] salutem et apostolicam benedictionem.

Non ignorat prudentia tua canonicam sancti Saturnini sitam iuxta Tolosanam urbem[4] apostolicę sedi esse commissam. Cui licet ex generali omnium ęcclesiarum cura conveniat nos tuitionis auxilium providere, specialiter tamen oportet nos eo magis illi loco nostrę protectionis munimen inpendere, quo amplius constat eius vel iniurias vel negotia ad Romanam sedem, cuius iuris est[5], attinere. Prędata igitur ęcclesia, quamquam[a] noviter, decenter tamen canonicam vitam instituit atque hactenus, sicut tua sollertia novit, ex tunc regulariter vixisse dinoscitur. Verum quoniam antiqui hostis mos est eo magis dolere invidięque facibus uri, quo amplius videt christianam religionem crescere et de bonorum provectibus lucra vel potius rapinas suas diminui, contra memoratum locum iam cępit secularium exagitatio et, quod magis mirandum ac dolendum est, ecclesiasticorum odia suboriri[b].

*cf. 2. Cor. 11, 28.*

---

h) *Korr. aus* attribuis *T.* i) *So T (vgl. S. 614 Z. 22)* Romanae ecclesiae *E;* sanctorum Petri et Pauli *Vall.* k) *So T (om. Baluze);* Romanae ecclesiae *E;* sanctorum P. et P. ecclesiae *Vall., vgl. oben N. b.*

**30.** a) quaquam *R.* b) o *korr. aus* a, *davor 1 Buchstabe fortradiert R.*

1) *Vgl. dazu Poupardin, Le royaume de Bourgogne p. 442 ff. Kallmann in Jahrb. f. Schweiz. Gesch. 14, 29.* 2) *Vgl. S. 616 A. 3.* 3) *Vgl. n. 22.* 4) *Saint-Sernin de Toulouse.* 5) *Vgl. Cencius, Lib. censuum ed. Fabre-Duchesne 1, 209:* In episcopatu Tolosano. Ecclesia sancti Saturnini X solidos pictavienses.

Unde et canonici querimoniam ad nos direxerunt super | clericis sancti Stephani [1]. Quorum suggestione per quendam fugitivum clericum sibi privilegium, quod eis indulseramus [2], subreptum est, quique cimiterium, quod ante regularem ordinationem suam locus ille quiete per longa temporum curricula tenuit, modo auferre atque ecclesias ad eum pertinentes in potestatem suam illicitis condicionibus redigere conantur. *f. 231.*

Conqueruntur et super monachis Moiacensibus [3], qui quandam ecclesiam, unde interpositis sacrosanctis evangeliis secundum iudicium legati nostri A. Ellorensis episcopi [4] collaudantibus aliis episcopis qui aderant lis inter eos determinata fuerat, iterata deterius iniuria, per vim comitis W.[5] datis ut fertur muneribus[c] occupatam detinere nituntur.

Quapropter experientię tuę precipimus, ut prelibatos tam clericos quam et monachos atque ipsum comitem litteris et quibus modis vales commonere procures, quatinus ea, quę contra sępedictam ęcclesiam inique vel odiose gessisse noscuntur, Deo et iustitię satisfacientes, sicut oportet, emendent ac de cetero debitam apostolicis privilegiis reverentiam exhibentes iram Dei provocare et maledictionem super se temerariis ausibus inducere caveant. Episcopum [6] quoque diocesis ipsius admoneas, ut eandem canonicam tam ipse non inquietet quam et alios, quos prohibere valet, inquietare non sinat. De monachis tamen, quoniam Cluniacensi abbatię pertinent, ipsi venerabili abbati [7] in primis notificandum censemus, ut ipse insolentiam subditorum suorum compescat et iustitię adquiescere, si forte noluerint, compellat. Ad ultimum vero, si qui illorum monitis tuis immo beati Petri obtemperare contempserint, quamcumque in eorum audaciam sententiam protuleris, scias auctoritate nostra firmandam. Volumus siquidem et iubemus, ut | circa prenominatam canonicam studium sollicitudinis tuę invigilet et negotiis ac necessitatibus *f. 231'.*

---

c) *Es folgt eine Rasur R.*

1) *Saint-Etienne de Toulouse.* 2) *JL. 5305 a. Mangels einer Datierung bietet das Privileg leider keinen Anhalt für die Ansetzung des Registerbriefs.* 3) *Moissac. Zu diesem Streit vgl. JL. 5239 und die Urkunde des B. Isarnus v. Toulouse (vgl. Catel, Mémoires de l'hist. du Languedoc p. 873) sowie das Instrument vom 23. Juli 1083 (ed. Douais, Cartulaire de St. Sernin de Toulouse p. 204 n. 290):* Agnoscat universalis ęclesia Willelmum Tolosanum comitem graviter penitentem de sacrilegio et de invasione ęclesię sanctissimi Saturnini *etc.* Namque de hoc tanto et inaudito sacrilegio vehementer redargutus a domno Gregorio papa Romano sive a Ricardo legato *etc. Der Registerbrief ist mithin vor Juli 1083, vielleicht noch 1082 anzusetzen, vgl. auch Messing, Gregors VII. Verhältnis zu den Klöstern, Diss. Greifswald 1907 S. 40 A. 2.* 4) *n. 5.* 5) *Wilhelm IV. Gf. v. Toulouse, vgl. A. 3.* 6) *Isarnus v. Toulouse, vgl. A. 3.* 7) *Hugo,*

eius facilem te pronumque exhibeas, quatinus Romanę libertatis[1] securitate fulta sicut cetere ecclesię apostolice sedi adherentes in sanctę conversationis obtentu et religionis amore favente Domino magis magisque proficere valeat.

## IX, 31.

*Gregor VII. befiehlt dem (Subdefensor) O(ilardus) und (dem Grafen) E(ustachius) von Térouanne, die sich an den Schätzen der Kirche vergriffen und den suspendierten Bischof Lambert mißhandelt hatten, sich dem Urteil der päpstlichen Legaten zu stellen. (1083.)*[2]

*R f. 231': <liber VIIII> <n. 31>.*

*Editio Romana (1591) 3, 876 n. 30. Mansi, Conc. coll. 20, 363 n. 30. Migne, Patr. lat. 148, 630 n. 30. Jaffé, Bibl. 2, 506 n. 53 (30). — Jaffé, Reg. 5243 (3955).*

**<A. et E. militibus Teruannensibus>**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei O.[3] et E.[4] Intolerabilis audacię horribilisque facinoris super vobis ad nos relatio venit, quod, quanto nostris seculis inusitatum nec a tempore paganorum persecutorum presumptum esse vel legi- *cf. II, 45, III, 6. VII, 1.*
tur[a] vel auditur, tanto ad iustitiam de se exequendam apostolicę mansuetudinis zelum movet et incitat. Denique conquestus est nobis Lambertus dictus Teruannensis episcopus[5], quod post tot tantaque sacrilegia, quibus eandem ęcclesiam depredati fuistis, ianuas eius infringentes serica argentea aureaque diversi[b] generis et innumera ornamenta diripientes ac sacris crucibus comminutis tam ipsas quam et duas capellas et[c] reliquias auferentes abstrahentes eundem episcopum ab altari, ubi prostratus orabat, linguam ei dextręque articulos ad acervum tantorum scelerum detruncastis. Qua in re nullam excusationem temptetis obtendere quasi de ipsius vel vita reproba vel ordinatione iniusta seu depositione irrogata. Sicut enim supra notavimus, nemo adhuc tale aliquid presumpsisse dinoscitur, nisi forte qui Deum non timens et christianam reverentiam abiciens pro nihilo duxit[d] manum in sacros ordines mittere. Quapropter monemus et ex parte beati Petri precipimus, ut tantam nequitiam vestram

---

**31.** a) *Auf Rasur R.* b) diversis *R; korr. in* diversi *T.* c) *Über der Zeile hinzugefügt R.* d) *Davor* non *durch Streichung getilgt R; fehlt in T.*

1) *Vgl. lib. II, 59, VII, 24.* 2) *Die Einreihung zu 1083 ergibt sich aus dem Umstande, daß der Legat Hugo bereits Erzbischof von Lyon ist, vgl. n. 13.* 3) *Vermutlich Oilard, Subdefensor v. Quesques, vgl. lib. VI n. 8.* 4) *Graf Eustachius, Vogt von Térouanne, vgl. lib. VI n. 8 und Iohannis Longi Chron. s. Bertini (Bouquet, Recueil 13, 457).* 5) *Vgl. n. 13.*

recognoscentes aut ante legatos nostros Lugdunensem archiepiscopum[1] et abbatem Cluniacensem[2] satisfacturi veniatis, aut secundum consilium vel mandatum ipsorum satisfacere Deo *f. 232* et sanctę ecclesię nullatenus detrectetis[e]. Volumus siquidem et ęquum esse decernimus, ut, quod nequiter commisistis, humiliter emendetis. Quodsi diabolico spiritu indurati nostrisque preceptis salutaribus inobędientes nec penitentiam dignam agere volueritis, procul dubio sciatis vos esse excommunicandos et, quodcumque in vos iudicium legatus noster dictaverit, auctoritate nostra firmandum.

## IX, 32.

*Gregor VII. überträgt dem Legaten H(ugo von Die) die neuerliche Entscheidung eines Streits um das Kloster Saint-Symphorien in Autun und teilt ihm die Wiedereinsetzung Gosfreds von Chartres in sein Bistum entgegen der Legatensentenz mit. (1082—83.)*

*R f. 232:* <liber VIIII> <n. 32>.

*Editio Romana (1591) 3, 877 n. 31. Mansi, Conc. coll. 20, 364 n. 31. Migne, Patr. lat. 148, 632 n. 31. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 617 n. 82 (zu 1078). Jaffé, Bibl. 2, 507 n. 54 (31). — Jaffé, Reg. 5240 (3956).*

<**Dilectissimo fratri et coepiscopo H. salutem**>

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei dilectissimo fratri et coepiscopo H.[3] salutem et apostolicam benedictionem.

Clerici quidam Augustidunenses[4] his diebus ad nos venerunt adversus Floriacenses[5] monachos super quodam monasterio sancti videlicet Symphoriani[6] causam habentes. Quam a te ante ventilatam et definitam nos retractasse dicebant tuęque fraternitati aliter, quam eis videretur et ratio postulasset, scripsisse. Quod a nobis factum nequaquam recolimus[7] nec in registro nostro huius causę litteras repperire potuimus. Noverit itaque prudentia tua, quia multa tanquam a nobis deferuntur et scripta et dicta nobis nescientibus; multa etiam subripi possunt minus ad singula intentis, utpote divisis ad plurima *cf. II, 69.*

---

e) detrectis *R;* decretis *T; korr. Edd.*

1) *Hugo.* 2) *Hugo.* 3) *Hugo; aus der Adresse ist nicht zu ersehen, ob er noch Bischof v. Die, oder bereits Erzbischof von Lyon ist (vgl.* coepiscopus, episcopus *für Erzbischöfe in lib. I, 42, II, 62, III, 10a, VII, 28), weshalb die genauere Datierung unmöglich ist.* 4) *Autun.* 5) *Fleury, St. Bénoit sur Loire.* 6) *Saint-Symphorien in Autun; einem Diplom K. Philipps von 1077 (ed. Prou, Recueil des actes de Philippe I. p. 224 n. 86) zufolge war das Kloster an Fleury geschenkt worden.* 7) *Doch heißt es in dem genannten Diplom:* ecclesiam s. Symphoriani ... per auctoritatem sedis Romanae praesulis videlicet domni Gregorii ... s. Benedicto Floriacensi contulisse.

et intentis ad maxima, quibus vehementer[a] artamur. Unde in hac causa, quod profecto minime recordamur, si quid etiam forte surreptum fuit, obtato magis amamus corrigere quam ab equitatis et rationis tramite deviare vel aliis corrigenda relinquere. Ad quem ergo iustę decisionis terminum negotii huius questio fraternitatis tuę considerata actione pervenit, immo, si minus adhuc satisfactum est, pervenire poterit, non solum non mutamus, verum auctore Deo annuimus et laudamus, quippe cum magis rationi consentaneum videatur, ut clerici, si canonice vivere volunt et in eo persistere quod voverunt, suo, quod
*f. 232'.* antiquitus | possedere, non debeant carere monasterio, quod et ipsi interventu pecunię obtinuisse monachi infamantur. Super hoc ergo indubitanter cognoscas, quia perperam[b] acta sive subrepta dampnamus, iuste acta et diffinita firmamus et a te firmanda et statuenda mandamus.

De Carnotensi autem episcopo[1], unde fraternitas tua submurmurare videtur, nosti, quod[c] dilectionis tuę intuitu longo eum tempore una cum Parisiensi[2] Rome tenuimus[3], ut aut ipse venires aut ad comprobanda obiecta in eum capitula legatos et testes idoneos delegares. Quod cum minime feceris, iustitię necessitate coacti de eius restitutione sanctę Romanę ecclesię iudicio adquievimus. Cui si superna pietas aliquando respirare concesserit, liquido tua beatitudo intelligere poterit, eam multo inreprehensibilius hoc egisse, quam te in matris tuę iudicialem censuram manum reprehensionis extendisse. Decuerat quidem vos et dignius videretur hac potius tempestate et has inter quas patitur angustias Dei utique emulatione et conscientia bona tamquam filios[d] suos[d] consolationum sibi dulcia ministrare quam talia mandando et talibus eam neniis inplicando dolorem super dolorem apponere multiplicare pondera non communicare ponderibus. Vale.

## IX, 33.

*Gregor VII. überträgt dem Legaten Hugo von Lyon die Angelegenheit des Bischofs Lambert von Térouanne auf Fürsprache des Grafen R(obert) von Flandern zu erneuter synodaler Untersuchung. (1083.)*

*R f. 232': <* liber VIIII *> <* n. 33 *>.*

*Editio Romana (1591) 3, 878 n. 32. Mansi, Conc. coll. 20, 365 n. 32. Migne, Patr. lat. 148, 633 n. 32. Jaffé, Bibl. 2, 508 n. 55 (32). — Jaffé, Reg. 5251 (3957).*

---

**32.** [a]) h *über der Zeile hinzugefügt R.* [b]) per- *über der Zeile hinzugefügt R;* perperam *T.* [c]) *Korr. aus* et *R.* [d]) *Korr. aus* a filiis suis *R;* tamquam filios suos *T.*

1) *Gosfred, vgl. n. 15.* 2) *Josfred, vgl. ebda.* 3) *Vgl. n. 16.*

**< Lugdunensi archiepiscopo >**

**GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei venerabili[a] H.[1] Lugdunensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam causa Lamberti dicti Teruanensis episcopi[2] partim nota partim incognita nobis est, presertim cum Robertus comes Flandriensis[3] longe alia verba in litteris suis nobis direxerit, quam prius Ingelrannus[4] presentaliter retulisset, eam fraternitati vestrę plenius eventilandam destinamus. Negat siquidem prefatus episcopus sibi notum esse, quod eum synodalis per te sententia dampnaverit vel excommu | nicaverit seu ad synodum ullam vocaverit. *f. 233.* Unde nos ante agnitum litterarum tuarum tenorem compassi multis laboribus ipsius[5] eum absolvimus, accepto tamen ab eo prius iuramento, quod super episcopatu Teruannensi sedis apostolicę vel legatorum nostrorum iudicium non exibit[b]. Itaque quia res grandis est et diligentioris eget inquisitionis, precipimus, ut episcoporum et abbatum aliorumque religiosorum virorum concilium congreges. Et quoniam memorato episcopo propter regem Francorum[6], qui a te dissidet, suspectus es, associato tibi venerabili abbate Cluniacensi[7] idem negotium uberius ac sollertius tractes. Qua de re nos ita iam nunc censemus. Si depositionis illius certissime causa iusta comprobatur et peremptoria in eum sententia data cognoscitur, ipse ab episcopatu cessans sanctę ecclesię iudicium ferat; sin autem se vel iniuste depositum fuisse vel synodalem vocationem nescivisse defendere potuerit, integre suis et rebus et dignitati restituatur sicque deinceps canonicę, si qua fuerint obiecta sibi, respondeat. Quocumque tamen dignitatis eius sententia cesserit, hoc omnino iubemus, ut de illis, qui eum tam male tractaverunt, quod iustitia postulat, sibi per[c] vestram instantiam fiat; id est, si satisfacere contempserint, excommunicationis in eos eorumque perfidię fautores gladius exeratur. Istud vero in hoc negotio maxime servare vos volumus tum pro labore, quem memoratus episcopus ad apostolicam sedem subivit, cum etiam pro amore nobilissimi comitis R., qui nobis super eo petitorias litteras misit, ut cum misericordia tractetur et, quantum salva iustitia potest, canonum rigor compassionis respectu temperetur. Denique ita se fraternitatis vestrę sagacitas habeat, ut nec in dextram nec in levam declinet, sed ex utroque unum faciens temperamentum medium salubriter teneat.

---

**33.** a) -b; *am Ende fortradiert R.* b) exbit *R;* exibit *T.* c) *Über der Zeile hinzugefügt R;* per *T.*

1) *Hugo.* 2) *Vgl. n. 31.* 3) *Vgl. n. 13.* 4) *Kanoniker von St. Omer. vgl. lib. VI n. 8.* 5) *Vgl. n. 31.* 6) *Philipp I.* 7) *Hugo.*

## IX, 34.

*Gregor VII. teilt dem Grafen R(obert I.) von Flandern den Inhalt des Briefs n. 33 mit, indem er den Ton des gräflichen Schreibens tadelt. (1083.)*

*R f. 233:* <liber VIIII> <n. 34>.

*Editio Romana (1591) 3, 879 n. 33. Mansi, Conc. coll. 20, 366 n. 33. Migne, Patr. lat. 148, 634 n. 33. Jaffé, Bibl. 2, 510 n. 56 (33). — Jaffé, Reg. 5252 (3958).*

**<R. comiti Flandrensium>**

(★) **GREGORIUS** episcopus servus servorum Dei R. glorioso
*f. 233'.* comiti Flan|driensi salutem et apostolicam benedictionem.

Locuta est prudentia tua in litteris suis apostolicę sedi quędam[a], sicut non decuit. Quę nos sane cupientes in sancta ecclesia te conservare supportamus adhuc et libenter ignoscimus de misericordia divina sperantes, quod et eorum, qui tibi talia persuaserunt, inperitiam et sanctę Romanę ecclesię auctoritatem et discretionem quandoque presentaneis affatibus ostendemus.

Proinde super causa L. dicti Teruannensis episcopi, licet multo aliter se verba Teruannensium clericorum quam litterę tuę nobilitatis habuerint, tamen, quia non dubium est posse interdum surrepi[b], eam secundum votum tuum retractationi delegamus. Quod quidem, ut quantum decenter possumus tuo desiderio annueremus, sic peragendum providimus. Quoniam Lugdunensis archiepiscopus, quamvis de eo satis confidam, vobis suspectus est, ne suspicio prorsus ordinem rerum utiliter gerendarum inpediat, gravem et illustrem virum Cluniacensem abbatem sibi associare censuimus. Itaque precepimus, ut congregato concilio causam ipsius episcopi diligentius eventilare procurent et, si quidem iuste depositus fuisse comprobatus fuerit, adquiescens saniori consilio cesset, sin autem vel omnino iniuste vel prepropere addictus esse patuerit, rebus et honore suo recepto instauretur ac deinde canonice, si qua sibi fuerint obiecta, respondeat. Quocumque tamen modo synodalis erga dignitatem ipsius sententia provenerit, iussimus, ut illi, qui diabolico furore succensi rem tam gravem et nefariam in eius personam patraverunt, quam primum commoneantur, ut satisfaciant. Si vero ad cumulum iniquitatum suarum rennuerint, mandavimus tam in eos quam et in fautores contumacie[c] ipsorum anathematis gladio animadverti. Quod cum fuerit ea cura qua decet im-

---

**34.** a) *Korr. aus* quēdam *R.* b) *Das erste* r *in Rasur R.* c) -e *korr. aus* t *R.*

pletum, tunc deinde oportebit excellentiam tuam ęcclesiam adiuvare et ipsius iniuriam, sicut decet christianum principem, defendere. Sicut autem | volumus industriam tuam in hoc *f. 234.* negotio iustitię amorem habere, ita quoque et in causa ceterorum clericorum et laicorum, qui membra sunt eiusdem ęcclesię, te ęquitatem servare monemus et rogamus, ut rebus eorum redditis deinceps, si quid de eis statuendum est, secundum iustitiam diffiniatur.

## IX, 35.

*Gregor VII. fordert die Bischöfe G(erard) von Cambrai, R(atbod) von Noyon und R(orico) von Amiens auf, den Grafen R(obert von Flandern), der wegen Begünstigung des falschen Bischofs Lambert von Térouanne schon dreimal vom Papste gemahnt sei, durch eindringliche persönliche Vorstellungen zur Buße binnen 40 Tagen zu veranlassen und ihm widrigenfalls die Gemeinschaft zu verweigern.* *(1083.)*

*R f. 234:* <liber VIIII> <n. 35>.

*Editio Romana (1591) 3, 890 [l. 880] n. 34. Mansi, Conc. coll. 20, 367 n. 34. Migne, Patr. lat. 148, 635 n. 34. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 662 n. 159. Jaffé, Bibl. 2, 511 n. 57 (34). — Jaffé, Reg. 5248 (3959).*

**<Cameracensi Noviomensi Ambianensi ceterisque ecclesiarum prelatis atque principibus in Flandra sub R. comite militantibus>**

|| GREGORIUS episcopus servus servorum Dei G. Cameracensi episcopo[1] R. Noviomensi[2] R. Ambianensi[3] et omnibus ecclesiarum rectoribus atque principibus in Flandria sub R. comite nobilissimo[4] militantibus salutem et apostolicam benedictionem, si obędierint. ★

Noverit caritas omnium vestrum, fratres et filii carissimi, quoniam, licet peccatores et ad tantum onus portandum inpares *cf. I, 77, II, 9, 30, III, 1, IV, 2, V, 21, IX, 2.*
*cf. 2. Cor. 11, 28.* simus, tamen cura et sollicitudo omnium ecclesiarum parvitati nostrę a Deo commissa est. Dominus enim Iesus Christus beatum P. constituit principem apostolorum dans ei claves regni
*cf. Matth. 16, 18. 19.* cęlorum et potestatem ligandi et solvendi in cęlo et in terra; super quem eciam ecclesiam suam edificavit conmendans ei
*cf. Jo. 21, 17.* oves suas pascendas[5]. Ex quo tempore principatus ille et po-

---

1) *Gerard von Cambrai, vgl. lib. VII n. 20.* 2) *Ratbod von Noyon, vgl. lib. II n. 58.* 3) *Rorico von Amiens, c. 1086—95.* 4) *Robert I. von Flandern.* 5) *Die gleiche Zitatenverbindung auch in anderen Eigendiktaten, III, 10; IV, 2, vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. 4, 167.*

testas per beatum P. successit omnibus suam cathedram suscipientibus vel usque in finem mundi suscepturis divino privilegio et iure hereditario. Ex cuius sedis successione inminet nobis inevitabili necessitate, ut omnibus oppressis debeamus opem ferre et contra inimicos Dei pro defendenda iusticia, quousque convertantur, Spiritus sancti gladio, quod est verbum Dei, eciam usque ad mortem, si oportuerit, pugnare. *Eph. 6, 17.*

*cf. I, 23. 46, III, 18, VII, 11. 14a.*

Unde volumus omnes vos scire A.[1] archidiaconem Taruennensem et M. abbatem et I.[2] diaconem et per eos multos clericorum illius ecclesię nobis lacrimabilem querimoniam fecisse super comite R., quem antehac pro bona fama, quam sepe de eo audivimus, sicut filium nostrum carissimum et dileximus et, si monita salutis suę non spreverit, diligere volumus, dicendo, quod eos omnibus bonis suis nudatos de terra sua eiecerit pro eo, quod preceptis apostolicis obędiendo noluerunt[a] cuidam Lanberto pseudoepiscopo a nobis et a legatis nostris H.[3] Lugdunensi archiepiscopo et A. episcopo[4] in Meldensi concilio[5] excommunicato tum pro aliis nefariis tum pro eo, quod quinque clericos ad Romanam sinodum ire et de malicia eius querimoniam volentes facere captione pessima afflixit et quod de ecclesia sua[6] canonicam disciplinam evitans sine licencia fugitivus evasit. In qua excommunicatione heretica pravitate se fecit ab episcopis officio suo suspensis consecrari immo pocius execrari diaconem presbyterum episcopum. Deinde hostiliter et armata manu comite R. cum exercitu secum eunte ad ipsam civitatem pergens portas ecclesię, quas ei clerus et populus obcluserat, in securi et ascia et aliis violenciis incidit atque confregit. Crucem quoque et imaginem Salvatoris libellum contradictorium ante ipsas portas clausas manu dextera sibi quasi porrigentis et velut ore proprio ingressum ecclesię sibi contradicentis ita diabolice a portis abstraxit, ut dexteram manum, quod nunquam antea legimus aut audivimus factum, illi evulserit. Sicque cum lanceis et gladiis evaginatis fur et latro inrumpens alios clericorum vulneravit alios semivivos fugavit omniumque sibi communicare nolencium domos diripuit atque distraxit. Ipsum vero comitem in tantum seduxit, ut omnes clericos sibi obędire nolentes omnibus bonis privatos de tota terra sua eiecerit et duas epistolas nostras tam superbe spreverit, ut portitoribus earum contumeliosa verba et tanto principi[b] multum indigna protulerit.

*f. 234'.*

---

**35.** [a]) *Jaffé ergänzt das fehlende Verbum* communicare *R; fehlt auch in T.* [b]) *Zwischen* n *und* c *1 Buchst. radiert R.*

1) *Arnulf, vgl. lib. VI, 9, IX, 13.* 2) *Ingelrannus, vgl. n. 33.* 3) *Hugo.* 4) *Amatus von Oleron.* 5) *26. Oktober 1082, vgl. Chron. s. Petrivivi Senonen. (Bouquet, Recueil 12, 279).* 6) *Lille, falls er, wie wahrscheinlich mit dem lib. VI, 26 genannten dortigen Kanoniker identisch ist.*

Que omnia quantum apostolicę sedis reverencię sint intolerabilia et christianę religioni contraria, si Deum timetis eique hominem non preponitis, satis intelligit industria vestra. *cf. I, 70.* Pro quibus omnibus prefato comiti exhortatorias et deprecatorias nunc tercio scribsimus litteras[1], ut antichristi menbrum amplius non sustentaret neque foveret, sed magis de ecclesia oppressa cicius propelleret et clericis pro iusticia exu'atis omnia sibi ablata in integrum restitueret et omnia hęc mala corrigendo dignos penitencię fructus faceret infra terminum XL dierum post litteras nostras sibi ostensas sive notificatas. Sin autem, quod absit et quod Deus procul ab eo avertat, nollet secundum, * *2. Cor. 10, 6.* apostolum qui ait: 'In promtu habentes ulcisci omnem inobęcien- *cf. IV, 2.* *2. Thess. 3, 14.* ciam', et alibi: 'Si quis non obędierit verbo nostro, per epistolam hunc notate, et non commisceamini cum illo, ut confundatur', *1. Cor. 5, 13.* et alio loco: 'Auferte malum ex vobismet ipsis, quia modicum *1. Cor. 5, 6.* * fermentum totam massam corrumpit', si nollet, inquam, obędire, ** segregatus | et excommunicatus foret a corpore et a communione *f. 235.* sanctę ecclesię auctoritate Dei et iudicio sancti Spiritus, quem quodammodo blasfemat[c] inimicum eius contra eum scienter sustentando, qui tociens excommunicatus carismata virtutum et dona gratiarum eius cotidie adhuc prophanare non timet, donec satisfatiendo peniteat.

Omnipotens Deus cordibus omnium vestrum et cordi illius indicet, ex quanto dolore cordis hęc dico, quoniam omnes Deum diligentes diligo et illum quadam speciali dilectione, sicut iam prefatus sum, dilexi, quia bona multociens de eo audivi. Sed dissimulare hec nequeo sine animę meę magno periculo propter *Ezech. 3, 18.* illud prophetę: 'Si non annunciaveris iniquo iniquitatem eius, *Rom. 1, 32.* sanguinem eius de manu tua requiram'[2], et illud apostoli: 'Non solum qui faciunt, sed et qui consentiunt, digni sunt morte.' Et beatus Gregorius ait[3]: Mala, que ad nos pervenerunt, dissimulare non audemus, quia, qui emendare potest et neglegit, delicti participem procul dubio se constituit, et alibi[4]: Quisquis contra neophitos et symoniacos pro officii sui consideracione vehementer non arserit, cum eo non dubitet se habere portionem, a quo hoc piaculare flagicium sumpsit exordium.

---

*—* *Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jahrh.*

** — *S. 625* ** *Am Rand ein* Nota*zeichen des 12. Jahrh.*

c) blaffemat *R.*

1) *JL. 5247, vgl. 5250, 5242.* 2) *Dasselbe bei Gregor beliebte Bibelzitat auch in I, 15, 17, 22, IV, 1, vgl. Blaul, Arch. f. Urk.-Forsch. IV, 132.* 3) *Freies Zitat, vgl. oben S. 249 A. 1.* 4) *Gregor I. Reg. lib. XII n. 9 (MG. Epp. 2, 357).*

Unde, dilectissimi fratres et filii, vos omnes rogamus et
*I, II,10, V, 7, I,11, VIII,23, IX, 3.* per veram obędienciam ex parte beati Petri apostolorum principis precipimus, ut eum persuasibiliter et honorifice, sicut decet talem et tam nobilem virum, Deum tamen sibi semper preponentes unusquisque vestrum oportuno tempore adeatis rogetis et increpetis, ne se ipsum et totum populum illum perdat apostatam illum defendendo, sed quantocius a perdicione eripiat longius a se expellendo. Vos quoque, fratres G. et Ra. et Ro., separatim et pre ceteris rogo et precipio, ut vos tres simul vel semotim cum litteris nostris et litterarum portitoribus prefatum principem adeatis et litteras ei legatis[1] et constanter arguatis, quare tantopere defendit illum, qui, quando Deum pro se et pro populo exorat, magis illum offendit et ad iracundiam procovat. An non de talibus dicit Esayas: 'Ne offeratis ultra sacrificium *Is. 1, 13.* frustra; incensum abhominacio est mihi'; 'et cum extenderitis *Is. 1, 15.* manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis, et cum multiplicaveritis orationes, non exaudiam'; et Malachias: 'Et *Malach. 2, 1—2.* nunc ad vos mandatum hoc, o sacerdotes, ait dominus Deus. Si nolueritis audire et ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, maledicam benedictionibus vestris'. Vos enim recessistis
*J. 235'.* a me et scandalizastis plurimos in lege offerentes super altare | *Malach. 1, 7.* meum panem pollutum'; et beatus G.[2]: 'Maxima metuenda est in ** illis locis fore calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis * adducuntur, qui Dei iracundiam magis in se concitant quam per semetipsos placare debuerant. Cuncti liquido novimus, quia, cum is, qui Deo displicet, ad intercedendum pro populo mittitur,

---

* — *S. 626* Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jahrh.*

1) *Die Vita Arnulfi ep. Suessionensis lib. II c. 13 (Bouquet 14, 59) (vgl. auch JL. 5273 a, β) weist vielmehr ihrem Helden die Hauptrolle bei dieser Mission zu:* Tantae eius *(Archidiakon Arnulfs)* et sibi similium calamitati compatiens domnus papa decrevit suis epistolis animos comitis Rodberti turbidos et feroces ad lenitatem provocare, ut suspectis suis plene indulgeret aut certe facultatem se purgandi concederet. Sed quia nemo potuit inveniri, qui apostolici literas in praesentiam comitis tam offensi deferre praesumeret, res in longum dilata est. Tandem memoriam subiit constantia sanctitatis et fervor caritatis huius sancti viri Arnulfi Suessonici episcopi; idem in palatio domini papae celebre innotuit, hunc esse procul dubio qui apostolici mandata comiti Rodberto praesentare incunctanter praevaleret. Tali tandem consilio animatus domnus papa Gregorius scriptas et bullatas epistolas dirigit reverentissimo pontifici Arnulfo mandans et imperans, ut literas interventrices et personas, de quibus agebatur, ad praesentiam comitis Rodberti in suo conductu offerret. *Arnulf unterzieht sich sodann der Mission mit vollem Erfolg in Lille. Wieweit diese (von Giry, Grégoire VII. et les évêques de Térouanne, Revue historique 1, 387 ff. nicht berücksichtigte) Version Glauben verdient, muß dahingestellt bleiben. Ein Brief Gregors an Arnulf von Soissons ist sonst nicht bekannt.* 2) *L. c. lib. IX n. 215 (MG. Epp. 2, 202).*

cicius irati animus ad deteriora provocatur. Et alio loco[1]: 'Malis subesse pastoribus, quid est aliud, nisi ut plebs populanda predonibus permaneat et inde sumat interitum, unde protectionis debuit habere subsidium? 'Sacerdotes enim mali causa sunt ruinę populi.' Item alibi[2]: 'Qui inprobe ad inanem gloriam locum festinat sanctitatis arripere, eo ipso, quo honorem querit, indignus est. Sicut enim is, qui invitatus renuit, quesitus refugit, sacris est altaribus ammovendus[d], sic qui ultro ambit vel inportunum se ingerit, procul dubio est repellendus. Nam qui sic nititur ad alciora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat et ascendendo exterius interius ad profunda descendat?' et paulo post: 'Templum dominus et salvator noster ingressus, cepit eicere omnes vendentes et ementes in illo et cathedras vendencium columbas evertit. Qui sunt isti vendentes[e] et ementes, quorum cathedrę everse sunt, nisi qui vendunt et emunt sacerdocium et Spiritum sanctum? Quorum sacerdocium ante oculos Dei cęcidisse cathedrarum eversione patenter signatum est? Et cum liqueat hanc heresim ante omnes alias radice pestifera in ecclesia surrepsisse atque in ipso ortu apostolicę maledictionis telo esse dampnata, cur non cavetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, qui ad hoc, ut fiat hereticus, promovetur? Hęc omnia et horum similia sibi; quia virum litteratum eum audivimus, dicite considerantes diligenter et cum timore, quia inobędientes
*1. Reg. 15, 23.* Samuele propheta testante scelus incurrunt idolatrię, sine qua, videlicet obędiencia, sicut beatus Gregorius in ultimo Moralium libro[3] declarat, infidelis quisque convicitur, eciamsi
* fidelis esse videatur.

Plurima sibi in epistolis, sicut et modo vobis, dixi, quia plurimum eum dilexi. Nisi enim eum multum dilexissem, non tam multa sibi vel de eo dixissem, quia non est consuetudinis nostrę alicui tam prolixam epistolam facere, nisi res magna sit valde. Quod ideo feci, quia desideramus eum ad gremium universalis matris sanctę Romanę ecclesię reducere et sub alis beati P. sicut carissimum filium nostrum fovere.

Quodsi litteras apostolicę sedis infra prescriptum terminum aliqua fraude aut superbia suscipere vel audire | contem- *f. 236.*

---

d) admovendus *R;* ammovendus *Greg.* e) ve- *auf Rasur R.*

1) *L. c. lib. IX n. 218 (p. 208).* 2) *Ebenda p. 206.* 3) *Lib. XXXV c. 28 (Migne 76, 765), dieselbe Bibel- und Gregorstelle auch in II, 66, IV, 11, VI, 11, VIII, 21 zitiert. Das Bibelzitat außerdem in lib. II, 45, 75, IV, 1/2, 23, 24, VI, 10, VII, 14a, 16, 24, VIII, 15, 21, IX, 20.*

pserit, non solum sibi non proderit, sed eciam pro maioris inobędiencię culpa divino iudicio anathematis vinculis alligatum arcius indubitanter sciatis et non solum eum, sed et omnes, quicumque ei postea scienter in ecclesiasticis officiis communicaverit vel in milicia seculari servierit.

Quapropter rogo vos iterum et ex parte Dei et beati P. apostolorum principis precipio, ut vobis ab eo caveatis et nullum divinum officium intra vestras provincias agatur, ubi vel ipse vel aliquis scienter sibi communicancium affuerit, quousque per Dei pietatem satisfecerit. Rursum quoque monemus, quod prudencię vestrę vigilanter observandum esse cognoscimus, ne aliqua dissimulatione preceptis apostolicis obtemperare neglegatis, sed sollicite considerantes ac iugi memoria beati G. verba super inobędiencia in Samuelis sermonibus habita[1] retinentes procuretis, quatinus obędiendo, sicut oportet, videamini cum saluti vestrę prospicere tum illius eciam consulendo providere.

## IX, 35a.

*Notiz über die Novembersynode von 1083.*
*(Rom,) 1083[2] November 20.*

*R f. 236:* <liber [X]> *ohne Nummer = Lib. pontif. Vita Gregorii VII. (ed. Duchesne 2, 289, bis S. 628 Z. 15* sufficiat, *am Anfang gekürzt).*

*Editio Romana (1591) 3, 883. Mansi, Conc. coll. 20, 587. Migne, Patr. lat. 148, 821. Jaffé, Bibl. 2, 516 n. 58 (1). — Jaffé, Reg.[2] 1, 645. — Vgl. Meyer von Knonau, Jahrb. 3, 497 ff., Lübberstedt, Stellung des deutschen Klerus auf den päpstlichen Generalkonzilien, Diss. Greifswald 1911 S. 66.*

**<Incipit liber X[a]>[b]**

|| Anno ab incarnatione Domini M.LXXXIIII., pontificatus vero domni Gregorii pape VII. anno XI., XII. Kalendas Decembris presidente eodem apostolico celebrata est tribus diebus in Lateranensi basilica synodus. In qua fuerunt archiepiscopi episcopi et abbates Campani et de Principatibus atque Apulia, pauci quoque Gallicani. Nam plurimos Heinrici tyranni[c] perfidia

---

**35a.** [a]) X *korr. in* XI, *von Hand des 14. Jahrh., vgl. N. A. 38, 151.* [b]) *Überschrift von der Hand des Revisors (12. Jahrh.), vgl. N. A. 38, 151 f.* [c]) *Das zweite* n *auf Rasur R.*

1) *Vgl. S. 626 A. 3.* 2) *Die Umdatierung zu 1084 durch Peitz S. 229 ff. ist auf erfolgten Widerspruch hin (vgl. N. A. 37, 364; 38, 151) von ihm selbst (Peitz II, S. 169 A. 1) zurückgenommen worden. — Über die von Löwenfeld (JL. 5260) zu dieser Synode eingereihten 32 Kapitel s. oben S. 374 Anm.*

iter retro vertere compulit. Qui Hostiensem episcopum[1], de apostolica legatione redeuntem[2] contra fas et iuramenti fidem capi iussit sive permisit.

* Tres autem synodos quadragesimales eiusdem H. persecutio prepedivit[3]. Qui semel beatum Paulum[4], bis beatum Petrum aggressus, demum post multum fusi sanguinis non tam suorum fortitudine quam negligentia civium Porticus[5] muros surripuit. Romanum siquidem vulgus, pars videlicet copiosior civitatis, bienni bello fatigatum acri inedia laborabat, cum nec ipsis ad vicina oppida vel castra liceret exire[d], nec illi iurati H. Urbem * vellent negotiatum venire; multi quoque fame abacti Urbem | reliquerant; proinde ceteri bello remissius attenti rem ex animo minus gerebant et a custodiis, prout cuique libebat, sine timore negligentius aberant. Hęc super H. tyrannide, quia se occasio prebuit, perstrinxisse sufficiat.

*f. 236'.* *cf. VIII, 18.*

Ceterum dominus apostolicus in eadem synodo de fidei forma et christianę religionis conversatione sed et de robore animique constantia ad presentem pressuram necessaria ore non humano sed angelico patenter edisserens die tertia totum fere conventum in gemitus et lacrimas compulit. Sicque concilium apostolica benedictione lętificatum in pace dimisit.

## IX, 36.

*Gregor VII. mahnt den Grafen R(obert I.) von Flandern, von dem gebannten Bischof L(ambert) von Térouanne, der alles Entgegenkommen von päpstlicher Seite mißachtet habe und zu den Wibertisten übergegangen sei, endgiltig abzulassen und den kanonisch gewählten Bischof G(erard) anzuerkennen. Ende 1083.*[6]

*R f. 236'*: <liber [XI]> <n. 1>.

*Editio Romana (1391) 3, 884 n. 1. Mansi, Conc. coll. 20, 372 n. 1. Migne, Patr. lat. 148, 641 n. 1. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 665 n. 163. Jaffé, Bibl. 2, 517 n. 59 (1*). — Jaffé, Reg. 5249 (3961).*

---

*—* *Am Rand ein* N(ota)*zeichen des 12. Jahrh.*

d) *Durch Umstellungszeichen korr. aus* exire liceret *R; die Worte fehlen in T.*

1) *Otto, nachmals Papst Urban II; vgl. Massino, Gregor VII. im Verhältnis zu seinen Legaten, Diss. Greifswald 1907 S. 70 ff. Schumann, Die päpstlichen Legaten in Deutschland 1056—1125, Diss. Marburg 1912 S. 52 ff.* 2) *Vgl. Meyer von Knonau l. c. S. 495.* 3) *Vgl. dazu ibid. S. 473 A. 7.* 4) *San Paolo fuori le mura, vermutlich während der ersten Belagerung 1081, vgl. Peitz S. 236 A. 2.* 5) *Der Leostadt.* 6) *Dieser Brief ist schon allein aus Gründen der Überlieferung an letzte Stelle der im Register über-*

**<R. comiti Flandrensium>**

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei R. glorioso comiti salutem et apostolicam benedictionem.

Pervenit ad aures nostras, quod L.[1], inimicus Dei et invasor Teruanensis ęcclesię, ope et sustentatione[a] tua adhuc sibi iram Dei thesaurizet. Qui cum traditus sit satanę, non miramur, si eius consiliis ducitur et in iniquitate perdurat. De te autem non solum miramur, sed ex corde dolemus, quod virum, quem bona fama[b] passim commendaverat[c], mala nunc intentio ad commune periculum illius patrię retorqueret. Unde de anima tua multum timentes monemus, ut ab hac prevaricatione ad cor rediens Deum in predicti hominis sustentatione[a] non offendas, sed ab eo sicut a pessimo homine et excommunicato te custodias, qui nimirum audientiam pro amore tuo a nobis sibi concessam[2] declinans totum se a planta pedis usque ad verticem anathemate W.[d,3] Ravennatis commaculavit. Pro quo scelere aliisque culpis precedentibus sancta universalis ęcclesia irrecuperabiliter[e] depositum maledixit et anathematizavit et extorrem omnino[f] a communione totius ęcclesię ęssę adiudicavit. Quapropter nobilitatem tuam monemus, ut non solum adiutorium
*J. 237.* sibi non impendas, verum etiam dominici gregis mul|titudinem feditate sua commaculans de medio vestrum ut putridum et inutile membrum studio tuo evellatur. Iniungimus etiam nobilitati tuę, ut G.[4] canonice electum et ecclesiam Teruanensem per ostium id est per Christum ingredientem honeste et sicut decet suscipiatis et ei pastoralem exhibentes reverentiam consilium et auxilium impendatis, ut, qui in altero Deum offendistis[g], per hunc ipsi Deo et beato P. iustitiam vestram commendetis.

*Rom. 2, 5.*

*Is. 46, 8.*

---

**36.** a) *Hinter dem erstcn* n *ein Buchstabe fortradiert R.* b) sama *R.* c) -er- *über der Zeile hinzugefügt R.* d) *Auf Rasur R.* e) irre- *korr. aus* ire- *R.* f) *Auf Rasur R.* g) *Am Rand von andrer Hand hinzugefügt R;* offendistis *T.*

*lieferten einschlägigen Stücke einzuordnen, da er erst nach Ende November 1083 registriert ist und also nicht zu der Masse der aufgesammelten und in eins vorher registrierten Stücke gehört hat; es ist also Lühe, Diss. Straßburg 1898 S. 78 A. 5 gegen JL. 5249 und Giry, Revue hist. 1, 404 zu folgen.*

1) *Lambert.* 2) *D. h. die neue Verhandlung seiner Angelegenheit vor den päpstlichen Legaten, die in n. 33 und 35 angeordnet ist (vgl. JL. 5250:* audientiam legati nostri . . . petat*).* 3) *Wibert.* 4) *Gerard.*

## IX, 37.

*Gregor VII. macht König Wilhelm I. von England unter Hinweis auf ihre gegenseitige Freundschaft Vorwürfe wegen Gefangensetzung seines Bruders, des Bischofs (Odo I. von Bayeux).* *(Ende 1083.)*

*R f. 237:* <liber [XI]> <n. 2>.

*Editio Romana (1591) 3, 885 n. 2. Mansi, Conc. coll. 20, 373 n. 2. Migne, Patr. lat. 148, 641 n. 2. Bouquet, Recueil ed. Brial 14, 666 n. 164. Jaffé, Bibl. 2, 518 n. 60 (2). — Jaffé, Reg. 5254 (3962).*

**<Regi Anglorum>**

|| GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Gilielmo ★ regi Anglorum[1] salutem.

Communis amor et sincera devotio, quam erga beatum P. apostolum gerimus, ex longo iam tempore inter nos amicitiam iunxit atque adeo invicem inde magis convaluit, quia et ego te pre ceteris tui ordinis apostolicę sedi devotum animadverti et tua me claritudo inter aliquos predecessores meos[a] circa honorem apostolicę sedis credidit amplius desudasse. Denique cum in malis moribus idem velle et nolle pernitiosam sepe factionem conficiat, consequens videtur, ut in bonis rebus idem studium animique desiderium diverso quamlibet spatio terrarum disiunctos in unum dilectionis glutino copulet. Verum licet quidam regię potestatis non modicum doleant et in nos sepissimę murmurent se quodamodo contemni, conquerantur se non sic ab apostolica sede diligi nec ita factis aut sermonibus per nos honorari, minime tamen nos pęnitet nec deinceps Deo favente pęnitebit. Speramus etenim celsitudinis tuę industriam in eadem sanctę ecclesię devotione iustitieque studio semper mansuram ac in melius etiam opitulante Domino de cetero dilatandam. Unde merito nos oportet in eiusdem dilectionis tenore perseverare, immo per diuturnitatem temporum crescentibus meritis magis ac magis excrescere.

Unum tamen interea nos tangit et tangendo angustat atque inter regalium tuarum virtutum insignia[b] monimenta lęticiam in amico corde violenter obnubilat, videlicet quod in capiendo germanum tuum episcopum[2] non sicut decuit proprię honestati prospitiens sed secularem cautelam et rationem divinę *cf. IV, 1, 3.*

---

37. a) tuos *R T; korr. Bouquet Jaffé.* b) *Korr. aus* signa *R.*

1) *Vgl. lib. VII, 25.* 2) *Odo I. von Bayeux. Über den Konflikt der Brüder vgl. Ordericus Vitalis lib. VII (ed. Bouquet 12, 614).*

legi preponens sacerdotalem reverentiam minus vigilanter attendisti. Et quidem non latere tuam prudentiam credimus scriptum esse, quod de sacerdotibus maxime oportet intelligi: 'Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei', et alibi: 'Nolite tangere christos meos'; et quod Dominus ipse sacerdotibus, licet pravis et valde indignis, honorem deferre non sit dedignatus. Quam rem pię memorię Constantinus precipuus videlicet imperator intelligens, in Nicena sinodo nullam in episcopos ab ipsis etiam episcopis accusationem voluit suscipere nullumque contra | eos iuditium presumpsit inferre dicens: Vos dii estis, a vero Deo constituti; ideo non oportet, ut nos homines deos presumamus[c] iudicare[1]. Quanta etiam sit sacerdotii dignitas quantaque sublimitas episcopalis, beatus AMBROSIUS, doctor scilicet eximius, vestram doceat magnitudinem vestramque instruat prudentiam, in pastorali[2] suo sic ponens: 'Honor igitur, fratres, et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adęquari. Si regum fulgori compares et principum diatemati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares'[d] . . .

*Zach. 2, 8.* *1. Paral. 16, 22.*

*1. 237'.*

---

c) p̄sūmamus *R.* d) *Hier endet der Text ohne jedes Interpunktionszeichen.*

1) *Vgl. Gregorii I. Reg. lib. V ep. 36 (MG. Epp. 1, 318) und oben IV, 2, VIII, 21.* 2) *Ambrosii q. d. De dignitate sacerdotali c. 2 (Migne, Patr. lat. 17, 569), vgl. IV, 2, VIII, 21.*

# Anhang.

## *Schutz- und Besitzbestätigungsprivileg Gregors VII. für S. Maria di Banzi*[1]. *Rom, 1075 Februar 1.*

*R f. III (der dem Register vorgehefteten Einzelblätter f. I—V, vgl. Peitz S. 12f.) = Cop. 17. Jahrh. Rom Bibl. Barberin. 30, 145, vgl. Kehr, Götting. Nachr. 1903 S. 84 (Barb.).*

*Empfängerüberlieferung: Original [A] Rom Archivio Barberini (jetzt in der vatikanischen Bibliothek) Cred. 3 cas. 32. S. Maria de Banzo (= Kopie des 17. Jahrh. ebenda), vgl. Kehr, Götting. Nachr. 1903 S. 546.*

*Fehlt in T und seinen Ableitungen, sowie in den Ausgaben des Registers.*

*Edd. Levi in Arch. della Società Romana di storia patria 4 (1881) S. 194 aus R. Pflugk-Harttung, Acta pontif. Rom. inedita 2, 127 n. 162 aus Barb. (und Vall.*). Peitz, Beilage I S. 294ff. aus A. — Jaffé, Reg. 4929 (3689).*

---

[1]) *Die Urkunde folgt einem in Gregors VII. Kanzlei sehr beliebten, nach ihm nicht mehr nachweisbaren Formular, das sich in der Arenga an die Formel 96 des Lib. diurn. (ed. Sickel p. 126) anlehnt. Der Kürzungsvermerk des Registrators am Schluß verweist auf ein nach gleichem Formular verfaßtes vorangehendes Privileg, das nicht mehr erhalten ist. Mit dieser Vorlage hängen offenbar auch die meisten Korrekturen im Registertext zusammen, die den ursprünglich mit der Originalüberlieferung übereinstimmenden Wortlaut nachträglich abgeändert haben. Zieht man nämlich sämtliche nach diesem Formular abgefaßten Urkunden Gregors VII. zum Vergleich heran, so kann man beobachten, daß sie im Wortlaut teils mit der Originalausfertigung, teils (und in zahlreicheren Fällen) mit den Registerkorrekturen des Banziprivilegs übereinstimmen. Das zugrunde liegende Formular ist also, abgesehen von den Einzelfällen, wo es stärker abgewandelt oder nur z. T. benutzt wurde, mit bestimmten geringfügigen stilistischen Abweichungen verwendet worden, und der Registrator resp. ein Korrektor der gleichen Zeit hat sich bemüßigt gefühlt, den Registereintrag des, wie die Originalüberlieferung lehrt, nach der einen Fassung (a) gehenden Banziprivilegs nachträglich der vorangehenden, offenbar nach der stilistisch abweichenden Fassung (b) gehenden Vorlage gleichen Formulars anzugleichen. Daraus ergibt sich, daß diese Korrekturen auch bei einer Edition, die den Registertext wiedergeben will, nicht im Text zu berücksichtigen, sondern als willkürliche nachträgliche Änderungen in die Noten zu verweisen sind (vgl. die einzelnen Anmerkungen). Darnach sind die Ausführungen von Peitz S. 89 A. 1 und meine eigenen N. A. 38, 180 sowie die Vermutung von Ottenthal, MIÖG. 33, 147 zu berichtigen.*

[Gregorius][a] episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo filio Iohanni abbati monasterii sanctę Marię virginis constructi in loco qui dicitur Banza suisque successoribus[b] ibidem regulariter promovendis imperpetuum. [S]upernę[c] miserationis respectu ad hoc universalis ecclesię curam suscepimus et apostolici moderaminis sollicitudinem gerimus, ut iustis precantium votis attenta benignitate faveamus et libramine equitatis omnibus in necessitate positis, quantum Deo donante possumus, subvenire debeamus. Precipue tamen de venerabilium locorum stabilitate pro debito honore summe et apostolicę sedis, cuius membra sunt, quantum ex divino adiutorio possibilitas datur, nobis pensandum et laborandum esse perpendimus. Proinde iuxta petitionem tuam prefato monasterio, cui tu preesse dinosceris, huiusmodi privilegia presenti auctoritatis nostre decreto indulgemus concedimus atque firmamus statuentes nullum regum vel imperatorum antistitum nullum quacunque dignitate preditum vel quemquam alium ⟨audere⟩[1] de his, quę idem[d] venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata sunt vel in futurum Deo miserante collata fuerint, sub cuiuslibet causę occasionisve specie minuere vel auferre et[2] sive suis usibus applicare vel aliis quasi piis de causis pro suę avaritię excusatione concedere. Sed cuncta quę ibi oblata sunt vel offerri contigerit tam a te quam ab eis, qui in tuo officio locoque successerint, perenni tempore illibata et sine inquietudine aliqua[3] volumus possideri eorum quidem usibus, pro quorum sustentatione gubernationeque concessa sunt, modis omnibus profutura. Nominatim etiam confirmantes eidem

---

a) *Der Raum für den zu rubrizierenden Papstnamen ist leer geblieben R.* b) *Es folgt* imperpetuum *durchstrichen R.* c) *Initiale fehlt R.* d) *Nachträglich korr. in* eidem *R.*

*Empfängerüberlieferung:* 1 [Gregorius]] GREGORIUS 2 sanctę Marię] sanctae Mariae *(und so durchweg* ae *statt* ę*)* 10 summe] summę 20 specie] speciae

1) *Nachträglich hinzugefügt R. — Fassung a (ohne* audere*): JL. 4940. 4957. 5009. 5280; Fassung b (mit* audere*): JL. 4929. 4974. 4975. 4980. 4981. 5018. 5060. 5069a. 5094. 5134. 5158. 5159. 5160. 5198. 5199. 5214. 5261. 5263. 5281. 5283. 5312.* 2) *Nachträglich getilgt in R. — Fassung a (mit* et*): JL. 4940. 4957. 4975. 5018. 5060. 5094. 5134. 5159. 5160. 5214. 5280. 5281. 5312; Fassung b (ohne* et*): JL. 4929. 4974. 4980. 4981. 5158. 5198. 5199. 5261. 5263. 5283 (*vel *JL. 5069a;* ac *(ohne* sive*) JL. 5009).* 3) *Nachträglich getilgt in R. — Fassung a (mit* aliqua*): JL. 4974. 4975. 4980. 5018. 5060. 5069a. 5134. 5198. 5214. 5312; Fassung b (ohne* aliqua*): JL. 4929. 4940. 4957. 4981. 5009. 5094. 5158. 5159. 5160. 5261. 5263. 5280. 5281. 5283.*

monasterio ecclesiam sancti Salvatoris de castello Banzę, ecclesiam sancti Ypoliti, cellam sanctę Marię de Laco nigro, cellam sanctę Marię de Sala, cellam sanctę Marię de Cerbarizę, ecclesiam sancti Felicis, ecclesiam sanctę Marię de Katapano, ecclesiam sancti Petri de Monachis, cellam sancti Michaelis de Monte Solicolus cum ecclesiis et pertinentiis suis, ecclesiam sancti Vitalis in castello Sentiano, cellam sancti Michaelis | de Forminiano *f. III'.* in territorio predicti castelli, cellam sanctę Anastasię in civitatem Acerentinam cum suis pertinentiis, cellam sanctę Lucię et sancti Nicolay in civitate Venusia, cellam sanctorum Quadraginta Martyrum in castello de Monte Milone, cellam sancti Iacobi in civitate Canna et cellam sancti Nicolay super portum eiusdem civitatis cum rebus suis; cellam quoque sancti Martini in civitate Tranas cum suis ecclesiis et pertinentiis, cellam sanctę Trinitatis super portam et portum eiusdem civitatis cum suis ecclesiis et pertinentiis, ecclesiam sancti Symeonis in civitate Melfitta, cellam sanctę Marię in civitate Iuvenacii cum[e] ecclesia[f] sanctę Eugenię et ecclesiam sancti Silvestri et ecclesiam sancti Leonis cum rebus et pertinentiis suis, cellam sancti Iacobi et sancti Nicolay in civitate Bari cum suis rebus et omnem hereditatem, quam Smaragdus de Farago obtulit, cum suis ecclesiis et pertinentiis, ecclesiam sanctę Marię de Zaphilo in civitate Monopoli cum ecclesiis et rebus suis, cellam sancti Andreę in civitate Licię, cellam sanctę Marię in civitate Tarantu, quam obtulit Smaragdus de Thepinto, cum rebus suis, cellam sancti Archangeli in civitate Gravina; et preterea, sicut supra diximus, quęcumque nunc habet aut in posterum Deo annuente habere contigerit in quibuslibet rebus mobilibus vel immobilibus. Item constituimus, ut obeunte abbate non alius ibi quacunque obreptionis astutia ordinetur, nisi quem fratres eiusdem cenobii cum communi consensu secundum timorem Dei elegerint ac a Romano pontifice consecrandum ordinandumque previderint[g] maxime de eadem congregatione, si idoneus inventus fuerit. Quodsi talis, qui huic regimini congruat, inter eos inveniri non possit, cum consilio Romani pontificis aliunde sibi patrem et magistrum expetant. Hoc quoque presenti capitulo subiungimus, ut ipsum monasterium | et abbates eius vel monachi ab *f. IV.*

---

e) *Am Rand nachgetragen vom Registrator R.* f) ecclesiam *R, da nach Einfügung des* cum *(Not.* e*) die entsprechende Korr. versäumt wurde.* g) -derint *korr aus* -deant *R.*

*Empfängerüberlieferung:* 5 *und* 7 Michaelis] Michahelis 11 Martyrum] Martirum 18 sanctę Eugenię] *korr. aus* sancti Eugenii 22 Zaphilo] Zaphylo 26 Gravina] Gravina cum ecclesiis et rebus suis

omni secularis servitii sint infestatione securi omnique gravamine mundanę oppressionis remoti in sanctę religionis observatione seduli atque quieti nulli alii nisi Romanę et apostolicę sedi, cuius iuris est, aliqua teneantur occasione subiecti. Consecrationes etiam ecclesiarum et ordinationes monachorum sive clericorum sępefato cenobio pertinentium ab episcopis, in quorum diocesis[h] sunt, accipiant, ita tamen si episcopi absque infamia simoniacę heresis fuerint[1] et ordinationem gratis facere velint[2]. Sin autem aliquid horum obstiterit, abbas cum licentia et auctoritate Romani pontificis ad qualemcunque catholicum episcopum eis[3] placuerit, causa consecrationis et ordinationis tam locorum quam personarum licenter pergat. Hęc igitur omnia, quę huius precepti Requeretur ut supra usque ad id quod ait: et apud districtum iudicem premia ęternę pacis inveniant.

[A]ctum[i] Rome Kalendis Februarii, [I]ndictione[i] XIII.

---

h) *Korr. in* diocesi *durch Streichung R.* i) *Initiale fehlt R.*

*Empfängerüberlieferung:* 3 Romanę] Romane 13 precepti] precepti

decretique nostri pagina continet, tam tibi quam cunctis, qui in eo, quo es, ordine locoque successerint, vel eis, quorum interesse potuerit, imperpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum pontificum clericorum iudicum ac secularium personarum hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et, nisi ea, quae ab eo sunt mala ablata, restituerit et digna pęnitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei domini redemptoris nostri Ihesu Christi alienus fiat atque in eterno examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eternae pacis inveniant. Datum Lateranis per manus Petri cardinalis presbyteri et bibliothecarii sanctę Romanę ecclesię, anno secundo pontificatus domni GREGORII papę dominicę vero incarnationis millesimo LXXV., Kalendis Februarii Indictione XIII.

1) absque — heresis *nachträglich durchstrichen und über der Zeile* canonice ordinati fuerint *(das letzte Wort wieder gestrichen) hinzugefügt R. — Der Korrektor gleicht den hier im Banziprivileg individuellen Text dem Formular an, wie es in JL. 4929. 4957. 4975. 5018. 5069a. 5263. 5280 vorliegt (individuell auch JL. 5158. 5159:* si tamen gratiam apostolicae sedis habuerit; *in dem übrigen Vergleichsmaterial fehlt dieser Passus).* 2) Facere velint *gestrichen und durch* fecerint *ersetzt. — Fassung a (in der Form* facere volueri(n)t*): JL. 5069a. 5158. 5159; Fassung b (*feceri(n)t*): JL. 4929. 4957. 4975. 5018. 5263. 5280.* 3) *Korr. durch Streichung in* ei. *— Fassung a (*eis*): JL. 4975. 5069a; Fassung b (*ei*): JL. 5018. 5280 (fehlt in JL. 5263).*

# Register.

# 1. Verzeichnis der Briefanfänge.


| | Seite |
|---|---|
| Abbas presentium lator | 599 |
| Abbatis vestri Ivonis | 220 |
| Admiranda res est | 194 |
| Ad vos iam pervenisse | 173 |
| Ammonere te frater | 140 |
| Antiqua et nota | 353 |
| Antiqua sanctorum patrum | 447 |
| Apud antecessores nostros | 237 |
| Audistis fratres novam | 254 |
| Auditis nobilitatis tuę | 103 |
| Audivimus de te | 432 |
| Audivimus in ecclesiis | 340 |
| Audivimus olim nostri | 98 |
| Beate Petre apostolorum princeps | 253 |
| Carissimus confrater noster | 120 |
| Caritatem tuam frater | 137 |
| Causam unde nos | 322 |
| Certi rumores tuorum | 508 |
| Clamor abbatis Aureliacensis | 494 |
| Clamor Matisconensium | 58 |
| Clerici congregationis sancti Hylarii | 104 |
| Clerici quidam Augustidunenses | 618 |
| Clerici sanctę Marię | 408 |
| Clericorum vestrę ecclesie | 460 |
| Clericos de castro sancti Pauli | 410 |
| Clerus et populus Aquilegiensis | 354 |
| Cognita tuę fraternitatis | 479 |
| Cognitis fraternitatis tuę | 283 |
| Cognoscat debita tuę | 365 |
| Communis amor et | 630 |
| Confrater noster Rodulfus Turonensis archiepiscopus veniens | 152 |
| Confrater noster Rodulfus Turonensis archiepiscopus retulit | 153 |
| Confrater noster Rodulfus Turonensis archiepiscopus conqueritur | 154 |
| Confrater noster Theodericus | 115 |
| Confratrem nostrum | 108 |
| Confratris nostri Traiectensis | 211 |
| Congratulamur dilectioni vestrę | 609 |
| Considerantes ac sollicite | 263 |
| Constat ecclesiam Coloniensem | 223 |
| Constat vobis fieri | 187 |
| Contristavi vos immo | 419 |
| Coram oculis habes | 179 |
| Credimus non latere | 533 |
| Credimus prudentiam vestram | 505 |
| Cum adhuc in ordine | 192 |
| Cum apud vos essemus | 412 |
| Cum beatus apostolus Paulus | 93 |
| Cum de te et factis | 125 |
| Cum enim regnum | 48 |
| Cum propheta testetur | 109 |
| Cum vos ea | 391 |
| Decuerat te frater | 226 |
| De motu et perturbatione | 356 |
| Dici non potest | 519 |
| Diu est quod te | 430 |
| Diversarum gentium concursione | 384 |
| Divinę pietatis respectui | 526 |
| Dolemus satis quod | 604 |
| Dolense monasterium | 152 |
| Dominus noster Alexander | 4 |
| Dominus noster papa | 3 |
| Ecclesiam sancti Sepulchri | 457 |
| Episcopale officium quod | 499 |
| Ex consideratione sedis | 232 |
| Ex quo ecclesiam vestram | 178 |
| Fidelitatis ac devotionis | 213 |
| Filius vester limina | 236 |

| | Seite |
|---|---|
| Frater et coepiscopus noster Lemovicensis | 492 |
| Frater et coepiscopus noster Parisiensis | 594 |
| Frater noster R. episcopus | 593 |
| Frater tuus Iarmirus | 111 |
| Frater tuus Ieromirus | 69 |
| Fraternitatem tuam dilectissime | 588 |
| Fraternitatem tuam intellexisse | 278 |
| Fraternitatem tuam quam. | 149 |
| Fraternitatem vestram credimus. | 521 |
| Fraternitati tuæ notum | 509 |
| Fraternitati vestrę notum | 335 |
| Fraternitatis tuę prudentiam. | 217 |
| Fredericus nepos vester | 231 |
| Gaudemus dilectissimi | 200 |
| Gaudemus et exultamus. | 121 |
| Gerardus Cameracensis electus | 330 |
| Grata nobis est lętitia | 14 |
| Grata nobis et dulcia | 90 |
| Gratias agimus omnipotenti Deo | 289 |
| Gratias Deo referimus | 142 |
| Gratias omnipotenti Deo bonorum | 611 |
| Gratias omnipotenti Deo referimus | 528 |
| Gratia vobis et pax | 37 |
| Graviter et usque | 279 |
| Hubertus Pultariensis abbas | 148 |
| Huiusmodi salutationis nostrę | 473 |
| Iam multo tempore | 215 |
| Ingenuitatis vestrę lectis | 507 |
| Intelleximus iam diu | 431 |
| Intelligentes errorem vestrum | 74 |
| Inter cętera bonorum | 246 |
| Inter cęteros nostri | 56 |
| Intolerabilis audacię | 617 |
| Iozelinus archiepiscopus Burdegalensis | 436 |
| Landericus Matisconensis frater | 446 |
| Latorem presentium quem | 55 |
| Lectis fraternitatis tuę litteris de | 33 |
| Lectis fraternitatis tuę litteris non | 396 |
| Legatus sanctę Romanę ecclesię | 82 |
| Legimus Iosue cum. | 225 |
| Licet adversus presumptionem | 169 |
| Licet apostolici nos. | 581 |
| Licet contra nos | 171 |
| Licet ex preteritis | 31 |
| Licet ex universali | 416 |
| Licet non alias. | 360 |
| Licet per legatos | 218 |
| Licet Philippi regis | 150 |
| Licet Romanę ecclesię | 219 |
| Litterę fraternitatis tuę | 45 |
| Litterę quas nobis | 568 |
| Litterę tuę ad nos | 144 |
| Litteras apostolicę sedis | 273 |
| Litteras a vobis delatas. | 367 |
| Litteras dilectionis tuę | 80 |
| Litteras nobilitatis tuę | 91 |
| Litteras quas Poppo | 242 |
| Litteras tuas accepimus. | 64 |
| Litteris fraternitatis tuę. | 41 |
| Locuta est prudentia tua | 621 |
| Longa iam temporis | 60 |
| Longa iam temporum. | 130 |
| Mandamus vobis ut | 186 |
| Manifesta apostoli sententia | 305 |
| Meminimus dilectionem tuam | 240 |
| Meminisse debet nobilitas | 86 |
| Meminisse debetis quanta | 342 |
| Meminisse debetis quotiens | 348 |
| Meminisse valet prudentia | 70 |
| Merore mentis tuę | 101 |
| Michahel presbyter eccclesie Crosicensis | 96 |
| Miramur et multum | 25 |
| Miramur fraternitatis tue prudentiam | 475 |
| Miramur nimium et | 458 |
| Miramur prudentiam tuam | 493 |
| Miramur satis quod. | 210 |
| Miramur temeritatem et | 440 |
| Misistis ad nos. | 300 |
| Multę ac diversę | 180 |
| Multa interrogando a me | 293 |
| Nobilitas tua hoc | 287 |
| Non ammirari te volumus | 339 |
| Non credimus latere | 307 |
| Non dubitamus ad | 538 |
| Non dubitamus famam | 5 |
| Nón dubitamus fraternitatis | 469 |
